

A tes, Joazarum pontificem Matthei substitutum deponi, & quosdam ex Herodis amicis ad vindictam posebant. Sub ipsum pascha festum seditioni conglobati in templo permanebant, non deficiente victu, quem illos non pudebat mendicare querere. Tum Archelaus veritus, ne ad gravius aliquid eorum insolentia procederet, mittit tribunum cum cohorti, qui compesceret homines, priusquam cetera turba huius furoris inficeretur contagio. At turbatores illi clamoribus & hortatibus plebem exasperaverunt, & ferientes saxis plerosque occiderunt: tribunus cum paucis effugit faucibus. Archelaus de rerum summa periclitari sibi visus, totum exercitum in eos immitit, simulque equites. Tria millia virorum caesa sunt, reliqui fuga se in proximos montes receperunt. Archelaus per praeconeum edixit, ut omnes in sua discederent. Illi metu gravius mali festivitate relicta abierunt, quamvis audaces & sine disciplina homines. *Ioseph. lib. 17. cap. 11.*

Acarnanes duo juvenes per initiorum dies non initiati, templum Cereris Eleusinae imprudens religionis, cum cetera turba ingressi sunt. Facile eos sermo prodidit, absurda quaedam percunctantes: deductique ad Antistites templi cum palam esset, per errorem ingressos, tanquam ob insandum seculum infecti sunt. Id tam fœdè atque hostiliter factum gens Acarnanum ad Philippum regem detulit: imperavitque ab eo, ut datis Macedonum auxiliis, bellum se inferre Atheniensibus pateretur. Ex hac causa bellum inter Athenienses & Philippum ortum, partes Atheniensium sectantibus Rhodiis, Attalo rege, & Romanis etiam. *Livius lib. 1. Decad. 4.*

Micipsa Masinisse filius, Mastanabale & Gulussa fratribus morbo absumptis, Numidie regnū aliquādiu solus tenuit, donec vita decessit. Cui Adherbal & Hiempsal filii superstites fuere & cū his Jugurtha Mastanabalis filius, qui a patre, quod concubina ortus esset, privatus fuerat relictus. Fuit Jugurtha indoles ab initio Micipsae suspecta: est eodem cultu, quo liberi, ab eo domi aleretur, adolescens decora facte, ingenio & viribus pollens. Eum ergo per speciem militie in Hispaniam ablegat, ubi tum Numantia de Scipione premebatur, ratus fore, ut feroc juvenis, obiectando se periculos, procul domo, sine domestica invidia extingueretur, sibi que jam evacta ætate regnanti filii que suis regnatis in posterum securitas pararetur. Sed longe aliter evenit. Jugurtha, ut impiger & acer ingenio, modestissime parendo, eundoque obviam periculis, in tantam brevi evasit claritudinem, ut Rom. Imperatori æquè ac militibus notissimus esset, ac vehementer acceptus, ita ut abeuntem quoque Scipio Micipse commendaret. Micipsa ejus virtutem suspecta habens, ne filii præteritis regnum eriperet, adoptavit, & heredem ex patre esse voluit. Jugurtha, eo mortuo, Hiempsalem noctu immisiss militibus trucidavit. Adherbalem regno ejecit: post etiam Cyrias deditum crudeliter interfecit, & cum eo omnes puberes Numidas Italicique negotiatores. Ob eam crudelitatem missus contra illum L. Calpurnius Bestia, pacem illi dedit quam voluit, auro corruptus. Romam a L. Cassio prætorè privata fide interposito perductus, cum Massinam Gulussa F. Masinisse nepotem, regnum Numidie a Senatu poscentem veneno peremisset, Roma excedere iustus est. Secutus cum exercitu Sp. Albinus consul, & ab hoste circumventus, turpiss fecit pacem. Quam Q. Cæcilius Metellus consul rescidit, & Jugurtham non uno prælio superavit, ita ut Numidici cognomen inde sumpserit. At C. Marius Metello succedens, Bocchi Maurorum regis prodicione Jugurtham cepit. Ipse a Mario cum duobus filiis in triumpho ductus, mox detractis vestibus in carcerem conjectus, quem opacum barathrum subiret, exclamasse fertur: O Hercules, quam frigidum est hoc balneum! Ibi (ex dies sui, ubi inedia, ut Plutarch. scribit, consumptus est. Livius & Eutropius, Marti iustus, in vinculis necatum prodiderunt. Sunt qui ex Tarpeja rupe præcipitatum arbitrentur. *Sab. lib. 1. & 2. Ennead. 6.*

Tartari ex Scythia profecti, cum Armenis societate armorum juncta, eam Syriae partem, quam Saraceni obtinebant, bello urebant, ac religionis Christiane hostes premebant, magna apud Latinos spe pristinam opum recuperandam: quam cupiditas licentiaque militaris vanam effecit. Qui Latiorum, Cæsaream a sancto rege restitutum, presidio infederant, excursionem facta prædam abegerunt ex finibus a Giurboca Tartaro duce de communi hoste Sultano Saraceno occupatis: occurrentemque ad eam recuperandam, Giurbocæ fororis Filium occiderunt. Avunculus, qui totus animo Latiorum antea fuerat, domestico lectu nobis ho-

stis factus, Cæsaream expugnavit, evertitque. *Emil. lib. 7. & Sab. lib. 7. Em. 9.*

Philippo Burgundionum duci Joan. filius successit, homo acris ingenii, cupidus imperii, magni animi, magna inret Francos auctoritatis, cui civiles discordie in primis cordi erant. Is in Ludov. duceum Aurelianensium, fratrem Car. VI. regis, odium conceperat, quod ille regnum gubernaret, cum Carol. jam pridem mentis errore affectus, publicis consiliis non multum interesset. Usque eo simulac breviter tempore crevit, ut omnis Gallia in duas factiones divisa sit: alii enim principes regni Aurelian. alii Burgundionis rebus studebant. Burgundionis insidias per Rodolphum Austroviillam Lud. ex regia de nocte domum rediens, interfectus est. Quæ cadem Carolus Lud. F. armis profectus, occasionem Joan. dedit Anglos in Galliam evocandi. Quorum ope Carolum regem in suam redegit potestatem, & opprimendi Aurelianensium majorem habuit rationem, quam Anglorum regem Henric. V. de Normannia eiciendi. Jam cum capto ab Anglis Aurelianensi, Carol. Delphin. Burgundionem infestissime perseceretur, principum consilio dies colloqui prætinuit est: in quo Burgundio a Guidone Castrensi est insidias factus est. Philippus Joan. filius, ubi cognovit parentem ab inimicis perfidiosè interemptum, cum Henr. Anglo pacem facit, consiliaque communicat: postea nomine Caroli regis, quem in sua potestate habebat, legatos de pace ad eundem mittit. Tredecim acto Francorum principum conventu, icitur fœdus, novaque affinitate corroboratur, collocata Catharina Caroli filia regi Henrico. Pacto fœderis ejusmodi fuit, ut Henricus usque eò, dum viveret Carolus, regnum Franciæ gubernaret, idque post Caroli mortem eodem obtineret jure, quam qui optimo: & si contingeret, ut Henricus prior moreretur, ejus filio majori nati ex Catharina genito regni hæreditas veniret, ac Principes Franci conceptis verbis ipsi Henrico jurjurandum darent, atque Carolus Delphinus omni defectus potestate, quam gerebat, hostis patriæ perpetuò haberetur. *Polyd. lib. 22.*

Mortuo Sigism. Imp. Ungariæ rege, secundum Alberti Austraci coronationem, fœva Buda seditio orta est. Nam quum civitas ex Ungarica Alemannicaque gente conflaret, ob morum dissimilitudinem contrariaque studia, gravibus inter se factionibus laborabat: hinc inter eos antiqua conditio fuit, ut uno ex Alemannia, & Ungarica prætorum urbanum altero anno crearent, quem judicem appellat: rata ac firma inter eos fuit ista consuetudo, quæ factæ factionis loco habebatur. Alemanni, quando arte, urbanitate, opibus & calliditate plus poterant, sæpè insentiam sibi gentem prætura private studuerunt. Nacti itaque Alemannum regem, de abroganda gentis prætura consilia ineunt. Erat in urbe civis, Ungarorum princeps, Joan. Euthues dictus, vir gravissimus qui nec publicè nec privatum, fœæ nationis dignitatem quoque modo lædi patiebatur. Hunc igitur sub pretextu criminis Germani ceperunt, & in suis ædibus variis cruciatibus enectum, culeoque insutum, alligato gutturi lapide, in Danubium clam demerserunt. Octo circiter dies facinus tale delituit, mox cadaver emersit, ac ripsis ab undis expositum, clandestinum scelus indicavit, quum plurima vulnera & stigmata circumferret. Id ab Alemannis vulgus factum esse repente conjecit, cum his olim insentium nimis esse cognoverat. Eo tempore novi regis gratia multum nobilitatis Ungaricæ Budam forte confluerat: deprehensio facinore, tumultus in urbe ab Ungaris excitatur, atque ingens mox oborta seditio. Hungari Teutones in domibus obident, expugnant, nulli sexui, nulli ætati parcunt. Albertus rex, ut populum sedaret, Jacobum Marchianum Minoritam (inquit *Zen. Sylvius. At Fulg. l. 9. c. 7. Joannem Capistranum habet*) ablegat, cum ipse furori populi se credere non auderet. Jacobus simulachrum Salvatoris crucifixi manu gestans, furenti armatoque populo obviam factus, ut cædi parant, supplicat. Illi verba ejus minime intelligentes (neque enim tempus ferebat interpretem) boni omnino loco Christum suis ceptis ducein habitari, sublimem Jacobum, simulque Crucifixum in ulnis attollunt, ac bacchi per urbem, nunc ista, nunc illam domum complant. Fiunt tamen aliquando minora spolia, & a cædibus temperatum est ob præsentiam Jacobi, modo precibus, modo lacrymis furorẽ incensæ plebis lenire conant. *Aneas Sylv. cap. 1. Europa. Bonfin. lib. 4. Dec. 3. Fulg. lib. 9. c. 7.*

Anno Christi 1461. Cracoviz oborta seditio. In qua Andreas Tencinius, vir vetustate & claritate familie nobilis concursu ac tumultu urbanae insulcitudinis in æde D. Francisci memo-

A memoria dicata oppugnatus, effrausque foribus in sacrario trucidatus est: interfecti cadaver per mediam plateam, quæ Fratrum dicitur, in forum tractum, luto sedatum, & pugionibus confossum, ambustaque barba & capillis ludibrio habitum, & biduo in curia civitatis, quod Prætorum vulgò vocant, asseratum, tertio demum die amicis ad sepulcrum redditum est. Amici & ministri ejus nocte dieque insequenti cum se in turri templo adacta strenuè defendissent, ad extremum vitam pacti, in civium potestatem venerunt: deductique in curiam, tertio die reconciliati multitudini urbanæ, incolentes dimissi sunt. Filius Andreæ cum in furno apud viduam quandam delitisset, noctu evasit. Causam vero huius malo Andreæ ipse præbuit, cum Clementem fabrici armorum, quod arma sibi ad bellum proficiscenti in tempore non preceperat, bis pulsasset. *Cramer. lib. 24.*

Hetruscum bellum ab Juliano Medicei cade sumpfit extordium, qui improvisa paucorum conjuratione, sacrorum hora, ad Libertatem sanum interfectus est. Laurentius ejus frater ægrè servatus, necias, majorine sua felicitate inimicorum manus effugerit, ac tumultum & confederationem ea ex re ortam consilio sedavit. Ex conjuratis in potestatem redactis, alii ferarum lanatiui fide objecti, alii laqueo suspensi, unus supremi ordinis antistes Pontificis perneceffarius, qui legati nomine Florentiam venerat, panto culdoditus est. Sixtus IV. injuriam eam non nulli in tunc Ordine accessit indignationis cumulo sedum Salvati Pifani insidias supplicium, qui in ultionem parvati cadis inter conficis conjurationis fuerat laqueo necatus. Pontifex ita accensus, anathemate & interdico, quibus acerrimis Ecclesiæ relictis, Florentinos desigit, simulque bellum comparat, quod omnium opinione celerius est Tusco illatum. Ferdinando rege & Senensibus in fœdus acitis, Fæderico Urbinati summa imperii delata, viro consilio & rerum gestarum gloria ætate summo. *Sabbellian. lib. 7. Ennead. 10.*

Janus Fregosius studio atque opibus Julii pontificis Genævæ principatum consecutus, Hieronymi Filicum summo loco natum, Gallicis studentem rebus, quum exiret e curia, per propinquos suos trucidavit. Qua cade exacerbat fratres ejus, Orthobonus & Sinibaldus, ure excederant, ut cum Adurnis Fregosiorum hostibus consilia arq; arma confocia-
C. Qui collectis consiliis Genavam obsiderent, in suburbanis tectis ad divi Petri Arenæ commissio peracti prælio, in ascensu collis qui Latænae arci imminet, urbemque despiciat, Fregosias cohortes in fugam venturam. Populus turbulentis seditionibus assuetus, secundis acclamationibus victores excepit: & Filici pariter ad diversa porta armatis clientibus urbem introgressi sunt, a quibus Zacharias Jani frater, unus è percussoribus Hieronymi, trucidatus, & pedibus raptus per urbem, paratæ cadis pœnas dedit. *lov. lib. 11. Hist. Mercedis non perfolate.*

Mylhusenses Basilensium vicini, ex Sequanis sensum se in libertatem asserere ceperant. Ea res nobilibus Austraciis stomachum ita movit, ut occasione tantum belli desisterentur. Accidit anno Sal. 1467. ut viatoris servus sex solidorum nomine cumshero contendens, consulem Mylhusium accedente, & de injuria quereretur. Consul ad concordiam servum cohortatus, iram ei majorem movit. Propere ergo abijt, & jus suum Henrico Regishemo nobili vendit. Is creditus sex solidos a Mylhusensibus exigit: renuens Enfishemium in jus vocat, interea terras eorum populatur. Mylhusenses nobilium exercitu preffi, & obsessi, Helvetiorum opem implorant. Qui & urbem obsidione liberarunt, & arcem aliquot vicinas excederant, & in campis Bovinis, Oxensfeldam vulgò dicunt, hostes ad certamen provocant, nunquam comparet ausos. *Struppius lib. 1. 2. Helvetie, cap. 35.*

Stipendiomm reventorum.
Consule T. Prudentia in seditionibus castrensis ob stipendiis ortis sedandis.
Quum Hamilcar percussus cum Romanis fœdere se magistratū abdicasset, primoque bello Punico finem imposuisset, copias, quas ex Eryce, & Lilybaeo deduxerat, Gisconi tradidit domum deportandas. Giscon tenet novavertus, si tanta vis hominum uno tempore in Africam delata esset, præsertim cum plura militibus deberentur stipendia, quæ reddi ætatis inopia non poterat, pro magno habuit negotio, eos factis de industria intervallis per partes mittere, ut qui primo alterve loco transmissi essent, confestim exaurotati dimitterentur. Carthaginenses partim negligentia, partim stipendiis defectu, non solum non id fecere, sed jussurunt etiam, ut qui primi venerant, novissimos expectarent. Mox ubi

omnes copias affuerunt, paululum pecuniæ est singulis datum, ac simul iusti duces copias urbe educere. Id quum cunctantius fieret, velentque multi in urbe impedimenta relinquere, cum omnibus rebus penè præcipites sunt Carthagine ejeti. Ut igitur in Siccam coivere, in otium & fœdiorum abierunt, quod magnis exercitibus perniciosissimum fuit semper. Hi igitur tumultuosè stipendium sibi debentur repocunt. Alii multo majus quam deberetur, imputarent efflagitant. Præmia militaria repetunt, ab ipsis ducibus medio ardore belli supra stipendium promissa. His sua sponte tumultuantibus, Hanno supervenit, qui multa de ætari inopia locutus, quum aliquam stipendii remissionem postulasset, continuo multitudine velut stipendio & spe præmii uno tempore fraudata, in tantam iram exarsit, ut magis dux decesset, quam voluntas erupitque seditioni. Merchant tum Punicum stipendium Hispani, Galli, Ligures, Baleares, Græci quoque non pauci, & Aphri. Quæ multarum gentium colluvies causa fuit, ut discordia semel mota cohiberi amplius non poterit. Spedius Campani sanguinis homo servus Carthagine fugitivus, & Matho Aphræ genere, proximusque invade, quod initio insigniter esset in ea seditione veratus, supplicium uterque formidans, si concordia secuta esset. Aphros multis implet suspitionibus, fore prædicantes, ut ceteris gentibus exaurotatis, ipsi qui Aphricæ indigenæ essent, totius facti vindictam suo capite haud multo post luertent. Creati igitur duces Spedius & Matho, missi ad omnes Aphricæ populos legatis, eos hortantur, ut ad seyum & crudele Carthaginensium imperiū extinguentum sibi adjuvamento essent. Nulla ferè civitas fuit, quæ non his libenter accesserit, certatimque duces commeatu, pecuniis & milite juvarunt. Duces ipsi bipartito hostem aggressi, uno tempore Hipponem & Uticam (nam hæc duæ tantum urbes adhuc in fide erant) obsidione cingunt, cum in temis illorum castris xxx. hominum millia militarent. Carthaginenses gravi & inopinato bello percussis, nullam inire queunt rationem, nullum consilium, quo tot difficultatibus uno tempore incumbentibus eant obviam. Exhaustum ætarium, exhaustos longo & difficili bello cives. Tributaris urbes cum hostibus sentire. Non amicos adesse, unde subsidia expectarentur. Nam tanta in eos odia undique exarant, ut mulieres, quæ sæpè viros & liberos, & vestigalia non soluta, in servitutem adductos viderant, in credibili consensu hostium duces juverint, quicquid mulieribus mundi adhuc supererat, in medium cõferentes. Tandem & Sardinia detestetur, Utica & Hippo se dederunt. cum Hamilcar fame hostes domuit, Spendum in crucem fustulit. Atque hunc exitum habuit bellum Aphricum, omnium, quæ ad id tempus facta fuerant, crudelissimum, in tertium annum & aliquot menses, fortuna sæpius variante, distractum. Matho & ceteri captivi in triumphum ducti, meritis sui fœderis supplicium luertunt. *Sab. lib. 9. Em. 4. ex Polybio.*

Philippi pater & filius primi Imp. Christiani: quorum anno secundo, millefimus Urbis conditæ annus magno & incredibili apparatu ingentique cunctatione lætitia celebratus fuit. Gothi subacta sibi à Romanis stipendia indignè ferentes, rebellionem moluntur. Quamvis enim longè agerent in ultimis Romanæ ditionis finibus, solebant tamen muneribus & donativis militariibus honorati à ducibus limitaneis, ut velut fœderati arcerent incursionibus: extoritur, ipsiq; se suis finibus continerent. Ergo quum jam diu nihil tale acciperent, rex Ostrogothorum, armata suorum multitudine, fines Romani in vasti Imperii, Mœsiam Thraciamque populatus. H. Mirtit Philippus ex ducibus rei militaris peritissimus Decius. Qui expellito exercitu facile repressit dispersos, ad prædam, coegit; transito Danubio, Gothos se in lina recipere. Compertoque quod negligentia limitaneorum militum, Gothi innotiusissent quam illi restitissent, exaurotavit milites magno numero, alioque constituit limiti observando. Etrebus prosperè gestis, in colorem tum rediit exercitum. Exaurotati autem milites, contumelia affecti, ut se de Romanis vindicarent, jungunt se hostibus Gothicis. Quorum fiducia, rex ipse suorum trecenta millia peramavit duxitque denud in fines Romanorum. *Cranz. lib. 2. Svecie, cap. 5.*

Salutis an. 1399. cum urbi Genævæ præfecti essent Raphael Austria, & Galeottus Spinola, & quædam Genueses tiriemes adversus Britannos cum Gallorum rege stipendia facerent, Aitonæ Austria duces, ortaq; inter Aitonum ac socios navales de stipendiis controversia esset, adeo inter ipsos exarsit, ut navales socii, occupatis tiriemibus, Petrum Capurum ducẽ suum crearent. Sed tandem ea contentione Gallorum regis arbitrio remissa, Petrus Capurrit, atq; ex eorum numero salit quit

A quidam capti fuerunt. Quam ob rem tum indignatione, tum pavore loci navales inde domum profugerunt: & cum eorum plerique Savonenses essent, Savona primum arma ceperunt: atque Capurri nomine invocato, ab urbe depulsis magistratibus, palatium atque arces occupaverunt, & cum egius motus contagio brevi in urbem quoque Genuam fessisset, populus Genuensis arma cepit, voluitque, ut popularis magistratus eligeretur, qui populo jus ministraret: cui rei cum verbis praefecti operam darent, ac propterea aliquantisper secessissent, ut in ea re consilium explicaretur, tumultuarii plebs ac nauae ceperunt: & dum in palatio atque in foro res tractantur, Simonem Buccanigram popularem virum, primum Genuensium duces constituerunt, atque ab urbis administratione nobiles depulerunt. *Fulg. lib. 9. cap. 7.*

Franciscus Galliae rex in pugna Papiensi captivus factus, remigio & lenibus ventis in Hispaniam delatus, Barcinonae regali apparatu excipitur: atque inde Alicanteram, qui Valentiniorum est portus, legendi oram proventus est: ut majorem demum compendio terrestribus itineris ad Caesarem Carolum V. ire pergeret, qui tum apud Toletum urbem omnium

B Hispaniae maximè mediterraneam erat in aestivis. Ibi Franciscus sinistro omine accepto, summum adijt vitæ periculum, quam Milites, qui praesidio triternibus advenerant, promissa stipendia flagrant, conflatuque ad arma Carolum Laniojum, qui eum deducebat, omnes infestis hastis petent. Emisso namque per tumultum majore sclopeto, pila in matroream columellam fenestram conjecta est, cui forte rex aversus humeris innititur. Laniojus autem in proximis hortos se dejiciens, celeri fuga & latebris iracundiam militum vitavit. *Jovius in Pisuano lib. 7.*

Italici milites, qui anno Sal. 1532. in Pannonia Ferdinando regi militabant, cum neque missionem, neque stipendia obtinere possent, graviss. seditionem excitaverunt. Forte illatus erat ex urbe nigerrimus panis, planctus mucidos, quem emptum milites infixumque hostilibus commilitonibus ostentabant. Gregorius Hispanus praetorium ingressus, similibus pane ad Alfonso Vastii pedes cum exortatione projecto, magnas turbas excitavit. Itaque milites ante tentoria in coronam coeunt, dum adversa atque aspera de stipendio, de comenat, de Hungarici belli difficultatibus proloquuntur, Cad signa Parmensium ex omnibus cohortibus plurimi confluerunt. Ibi Titus Marconius Volaterranus, ceteris turbidior & eloquentior, coacervatis jumentorum citellis impositus, seditionis quoque centurionum incitante, pro dignitate saluteque omnium libertatem differens, auctor omnibus fuit, vel invito Caesare & Ferdinando, ducibusque, in Italiam redire. Multi qui seditionem fedare conabantur, interfecti. Ergo fuerunt similes, multa millia progressi, ad Martis locum perveniunt: id oppidum, quod portas claufurat, succensis valis expugnant, atque diripiunt: continuatis & maximè extentis itineribus cuncta obvia crudelitate populantur, omnia exempla scelerum passim edunt. His Ferdinando vehementissimè commotus, quod recuperanda Pannoniae tota spe deciderat, omnibus Siritiae Corinthique populus scripsit, ut nemini Italico parceretur. Id irati animi decretum, quamquam in supplicia merito ederetur, tamen aliquantò acerbius & atrocius est visum, quoniam neminem eo periculo eximeret: adeo ut tot reliqui milites, tot legati, totque sacrae arces, atque ex omni Italia honestissimi viri, in id caedis discrimen cum sceleratis hominibus miscerentur. Ad hanc edicti famam decurrentibus undique Germanis ad obfidentas itinera angustias, multae caedes factae, in dispersos praesertim & alimenta quarentes: sed ubi conglobatae cohortes ad vestigia caedis & ad ipsa cadavera perveniebant, tum verò animis ita ac indignitate percitis, in aedificia grassabantur, sic ut passim cubitalibus literis ex carbone incendiolorum causam praescriberent, ut subsequentes id nequaquam temere, sed vindicandis injuriis factum scirent, cavere, ne ipsi pariter in salubris impediti, Germanorum insidias iterentur. *Sabel. supplem. lib. 14. ex Jovio.*

Anno 1538. veterani Hispani ob non soluta stipendia apud Insulbes tumultuari, factaque manu vicina loca depraedari ceperunt: Alfonso Vastio frustra renitente, Carolo Caesare conveniente. Ex ea re tantum odium Caesari crevit, ut omnes exitum desperatione facile defecturos appareret, si mitior & clementior, qui dedecus recipere, dominus se offerret. Tâcè eos res utringue altercando deducta est, ut Vastius, qui multis de causis Caesari obtemperare velle videbatur, vel rebellibus nullo pacto vim admoveendam esse judicaret, sed imperanda

populis pecuniam, quae seditio ac ob id atrocem poenam merito militi praeretur. Ea imperata ad summam undecim myriadam, quam pauciori dierum spacio exigi non posset, nequimilites promittendi duci silem adhiberent: Vastius non recusavit silem eis obfide tradere, ut interim, dum representaretur pecunia, à maleficiis abstinerent. In ea transactione cautum est, ut milites à Gallia Cisalpina decedentes, iud jubebat Caesare, navali bello, quod tum adversus Turcae emixè parabatur, operam navarent. Quorum non pauci, dum secundo Oeno flumine devehuntur, naufragio perire. Longè plures verò occupato de Turcis Castro novo, oppido Dalmatiae, à Barbarussa ad intermedionem caesi sunt. *Jovius.*

Per idem tempus Africanæ etiam Hispanorum cohortes, aliquantū meritis stipendiis fraudatae, atque ea frustra potestantes, seditione tumultuari apud Guletam ceperunt. Propterea Bernardinus Mendocius, Hispanicæ classis praefectus, non temerè Numidarum atque Afrosorum, propter incertam opinionem silem, arma veritus, quomodo seditionum tumultum oratione & precibus sedare non posset, ea labe hominum exonerata Africam cogitavit, ita ut eos omnes in Siciliam tranfveheret; nam eis neque stipendia à prorege Siciliae, neque alimenta in ipsa summe fertilitatis regione defutura pollicebatur. Sed postquam in Siciliam pervenerat, quod neque Ferdinandus Gonzaga prorex expeditam pecuniam se habere diceret, neque Siculi tot externos hospites privato sumptu alendos æquis animis susciperent: Hispani, ut erant veterani ad sex millium numerum, agros atque oppida impetu facto invadere ceperunt, & qui erant juxta Messanam apertos pagos diripere aggressi sunt, totamque hyemem atrocissimè exegere. Gonzaga astu eos circumveniens, promissa impunitate, ubi eos dispersos vidit, xxiv. seditionis auctores eodem tempore diversis locis captos, Messanam per duos patibulo affixit. Reliquum militum partem, quae novis multiplicatiss. stipendiis exaturati nequibus praebito mensuro stipendio, navibus avehendis in Hispaniam imposuit. Quam ignominiam usque adeo graviter milites tulerunt, ut postquam improbitas atque perfidia notati in patriam aveherentur, animis contumeliam ferre non possent, commilitonumque exemplo se laquei poena puniri malle praedicarent. Ceterum tantum abfuit, ut id Gonzaga factum à Caesare minus probaretur, ut preclarè ei succenseret, quod indulgentius agendo cohortes singulas nequaquam repetita severitate decemasset, & in Vastio indignam iusto militariae duce incepta quae sitam clementiae laudem effusè detestaretur. *Sabel. supplem. lib. 21. ex Jovio.*

Militaverat sub Eugenio IV. PP. Nicolaus Fortebrachius. Is cum stipendia sua peteret, respondit Eugenius, tantum praedae ex castellis ex assis, maximè verò ex diterto Vetralla vico, ut ei pro stipendio sat esse posset. Indignatus Nicolaus, ad Philippum Vicecomitem defecit, & agrum Romanum ingressus, tantum tumultum concitavit, ingenti praeda tum hominum, tum pecorum abacta, ut Eugenius aliquandiu incertus remanserit, quorsum iret. Concurrerant Romani cives ad Eugenium, quæstus de illatis injuriis, quos Pontifex eo potissimum tempore consilii expertus & bone valetudinis, ad Franciscum Camerarium remittebat: qui otio & voluptatibus deditus, nil aliud respondebat, cum crebra de ablati pecoribus querela fierent, eos nimiam spem in pecoribus collocasse: Venetos quidem sine gregibus & jumentis longè urbaniorum vitam ducere. Indignati hujusmodi responsis Romani, sublato clamore ad arma & libertatem conclamant, pulsus omnibus Eugenii magistratibus, ac capto Francisco Camerario, novos ipsi magistratus creantur. Septem suere de civibus Romanis, quos ipsi Gubernatores appellabant, penes quos vita ac necis hominum summa potestas erat. Eugenius in tanta rerum perturbatione incertus, quid potissimum faceret, de fuga cogitare cepit. Tiberi Hostiam vebatur. Cum subitò Romani quidam cognita hominis fuga, cum lapidibus sagittisque incessant. Diluere enim hominem tantum cupiebant, quoad arce sancti Angeli potirentur. Ad Praefectus arces dolo agendum cum Romanis ratus, adjuvante Baldafare Aufida, viro sagacissimo, qui inferiorem arcis partem tuebatur, uni ex militibus suis in certam prodentibus negocium dat, ut capus de industria ab hoste. Castellam libertatiam, & avartitiam criminetur, polliceaturque: eis si velit pacem mercedem praestare, & mortem praefecti ac arcis productionem. Fecit ille mandata diligenter. Captus, nullo non genere maleficii in Antonium Ridium conjecto (ita enim arces

praef-

A praefectus vocabatur) silem dat, se cum sociis omnia tranfaturum. Dimissis itaque arces ingreditur, vestes Antonii ac caligas, addita etiam capitis forma, suspendit: à longè idem videbatur. Clamabat Baldafare de scelerato sumptum esse supplicium. Invenirentur aliquot ex optimatibus, & enumerata pecunia jam facta arces reciperent. Credidere miseri nullam subesse fraudem: ingressi aliquot, statim capiuntur. Fit clamor exultantium in arce, concitanti in populum Romanum missilia, bombardaeque. Derisi hoc modo Romani, de redimendis captivis cogitantes, & Camerarium Eugenii nepotem, quem in vinculis habebant, dimittunt, suos, qui in arce erant, recepturi: & demum in Eugenii potestate veniunt, quinto post libertatem adeptam mense. *Platina.*

Subitò tempore quo Nicolizza à Solymanno Tutcarum Imp. an. 1532. obfessus Guntii maximè laborabat, Vienna militaris seditio exarsit. Rochandulfus enim regiae familiae magister, quomodo adventum Caesari Caroli V. torque regularum & legatorum hospitium praepararet, Hispanos, qui in Pannonia militaverunt, urbe excedere, & in proximis campis castra tendere iusserat. Illi id se facturos pemegabant, nisi merita stipendia praeretur, quòd Viennensium hospitium assueti, omni castrensium suppellecie pecuniaque carebant. In hos Rochandulfus contumaciss. herentes impetum fecit, excitique more militiae ad arma Germanis & Viennensibus, tormenta curtila provexit: nec se deserunt Hispani, quantum numero inferiores, & in oblongam regionem conglobati sensim pedes referant, portaque occupant, quae in castra deferebat, admissuri in auxilium Hispanos, qui dudum ab Italia venissent, atque item Italos, qui ut in aliena terra, viribus essent firmiores, antea cum Hispanis, cohortante Alfonso Vastio, duce Caesariano, privatum fedus iurant. Res eò perducta est, ut quomodo Rochandulfus, ut admodum iracundus & ferocis, armatus in equo vehementius urgeret, & tormenta producerent, contraque Hispani obviam sclopetariorum cohorte consisterent, penè crudeli praelio certaretur. Dum arma furbundè quatunt, atque ignes tormentis imminant, haud dubie coelste aliquid numen Christianis rebus affulset. Spontè etenim, veluti exaquo utrinque periculo, milites arma depreffere humi, Rochandulfo ita deturbat, acciturer duces, dictae sunt conditiones, atque aquis antibus acceptae, promissa item stipendia. *Jovius lib. 30. lib.*

Savilegium, Furri, Peculatus, Rapinae. Epidauri oleaginam ab Atheniensibus materiam petierant ad duo milia, quae ab oraculo ob agri fertilitatem consecrare iussu fuerant, erigenda: in sola Attica tum olea fuisse traditur, ob eam rem nescio quid annui tributum cum Atheniensibus pacti. Verum quia procedente tempore ab Aeginetis simulacra illa furto fuerant ablata, sublata pensio causa, tributum haud reddendum amplius censuerunt. Atheniensibus eam injuriam minimè ferendam rati, simulacra ab Aeginetis repetunt. Sunt qui tradant, navim ad id usum publicè missam, cui Aeginetae facillè cesserint: ceterum adortos, qui eò venerant, statim inde avellere, subito furore percussos, mutuis se vulneribus consecisse. Aeginetae plures Atheniensium naves ob id ipsam ad se missas memorabant, Argivorumque interventu, qui libi auxilio venissent delatis Atheniensibus, unum cladi superuisse. Qui acceptae elatis nunciis Athenas venit, ob feminatum incursum, de suorum casu sciscitari conderentium, vestimentorum sibi subis confaiciari perit, ob idque Doricae vestis usus mulieribus jam inde publico decreto ademptus, permissumque, ut sineam tantum gestarent, quae nullis esset fibulis praedita. Et hinc odio inter Atheniensibus & Aeginetas campus datus amplissimus. *Sab. lib. 8. En. 2.*

Missis quibusdam legatis cum Grippone viro et à Childerberto Francorum Rege Carthaginem ad Jugundis sororis suae mortem explorandum: quidam ex comitibus in frequenti temporio nisi mercatorum odoramenta quaedam propealam abstulit, in diversoriumque suum se proripuit. Postitide cum mercator in publicum prodentem legatum aggressus, visum repperet, rixaeque oborte essent: Aulastianus Afrum interemit. Unde tota urbs correpta armis adfecta, in quas deducit oratores urbe, concurrunt: eosque incensus obruentes, duos ex collegis Gripponis interimit. *Aemil. lib. 1.*

Arcaes cum Pifaeis communiter Olympiorum ludos facebant, & potestatem templi pecuniarumque, quae erant in ipso, habebant. Cum autem Mantinentes non pauca ex denariis surrepta in privatum usum converterissent, ii, qui facile

L. B. Theatr. vitæ hœm. Tom. I.

gium partarunt, summo studio bellum adversus Eleos (quos E à potestate ludorum vi decesserant) integrum servare & producere annibantur, ne si pax intercederet, ad reddendam rationem infumproton ipsi vocarentur. Reliquis Arcadiibus contra pacem componere volentibus, seditionem adversus suam gentem concitabant. Constitutis igitur duabus societatibus, accidit, ut in altera primos ordines ducens Tegeate, in altera Mantinentes: cumque diffidium admodum crevisset, ad transigendam rem armis descendendum, & Tegeate missa legatione ad Beotios, eorum opem implorant. Qui duce constituto Epaminonda, exercitum memorabilem ei tradidere, & miserunt in auxilium Tegeatis. Mantinentes verò Epaminonda gloriâ perhorrescentes, legatos ad infestissimos Beotiorum hostes, Atheniensibus & Lacedaemonios, mittunt, ab hisque auxiliare copias petunt. Qui cum utrinque grandes exercitus sine mora suppeditassent, crebra graviaque praelia citra Peloponnesum exiteret, & in primis celebrata illa ad Mantineam Epaminonda mors & victoria. *Diod. lib. 15.*

Anno 1479. Mathias Pannoniae rex à Friderico Augusto Pannonici regni iura conditione accepit, ut sibi qui ex eo nascerentur, non succederent in regnum. Duxit inde conjugem Mathias Ferdinandi filiam Neapolitani regis. Quam affinitate, quia majores credebatur spiritus alere, quàm ut foederibus staturus esset, Bernardus Granensis antistes, cum regis thesauris & corona, qua Pannoniae reges veteri instituto uti consueverunt, in Germaniam aufugit. Bernardi thesauri de more à rege repetiti sunt: caeterum quia res non redderentur, Mathias bellum Friderico intulit, quod postea longè lateque in Germania exarsit. *Sab. lib. 7. En. 10.*

Monetae adulterium.

Monetarii sub Aureliano adulterarunt monetam, suoque praefecto Felicissimo interfecto, interitum bellum concitavit. Eos Aurelianus vi subactos exquisitis supplicis affecit. *Suidas.*

Favoris.

Instante Volco bello, gravis Romae ob æs alienum orta est inter Cives discordia. Fremebat plebs, quòd ipsa foris pro libertate dimicaret, domi sanctorum altitia circumventa, fortunis & libertate spoliaretur, tantam se magis inter hostes, quam inter cives in suum tergam faventis: esse multos sui ordinis creditoribus addictos, indiesque plures addici, apud quos nexis multo miserior sit vita, quam si in hostium manus incidissent. Actum de libertate plebs esse, nisi praesenti injuria iretur obviam. Hanc invidiam sua sponte gliscentem, miserabilis unius fortuna majorem in modum auxit. Magno natu quidam, squalida veste, fædoque habitu, corporis pallore & macie insigni, se repente in forum projecit. Ad hunc viendum multorum factus est concursus. Ille duo se de triginta suspendi fecisse testatur, multaque pro publica libertate pericula adivisse, quorum plurimae toto corpore cicatrices testes essent: Sabino bello fructibus & pecore ab hoste direptis villaque incensa, ob tributum iniquo suo tempore imperatum, æs alienum fecisse, idque semel constatum perpetuis usuris paterno se agro primum extitisse, mox & avito, inde fortunis alitis, postremo ad corpus velut tabe quadam pervenisse: ductum se à creditore cum duobus filiis, non in servitutem, sed in ergastulum & carnificinam favissimam. Ostentare tergum recentibus verbis sedum, multique cum lachrymis Quiritium fidem, adversus ea quae indignè pateretur, implorabat. Ad haec visa fuit auditaque, tanta animorum indignatio orta est, ut toto foro primum tumultuatum sit, clamor inde & trepidatio totam urbem pervasit: vincti solutique in publicum se proripiunt, nullo deest loco voluntarius seditionis comes, diturritur passim totis visis, nec sine periculo patrum, qui tum in foro erant, à quibus violandis concita multitudo haud absitit, nisi propter consules Appius Claudius & Pub. Servilius opportuno ad seditionem opprimendam occurrissent. Servilius eam pacavit, addito edicto, ne quis civem Romanum vinctum aut clausum teneret, imperavit, quo minus edendi nominis apud consulem potestas fieret: ne qui bona militis, dum in castris esset, possideret, aut venderet, nec liberos nepotese ejus moraretur. Ad id novum edictum ex tota urbe factus est ad consulem concursus, vis nexorum jungens ex privato se proripiunt in publicum processit, magnoque omnium studio cõiul legiones in hoste duxit. Vincti Volcis, cum patres ad ingenium redirent, Appio praesertim Claudio instigante, & Volci iterum adventarent, M. Val. Dictator dictus, eade quae Servilius plebi pollicitus, Volcos, & Equos, Sabinos

Hh

A binos vicit. At cum promissis satisfacere non posset propter contumaciam patrum, Dictatura sese abdicavit. Multitudo Sicinii ducta, in iussu consulum, in montem tria milia passuum ab urbe fecerit, eumque communivit. Fuit hic annus V. C. 260. patre libertatis 16. Territi ea secessione patres, Menenii Agrippa opera plebi reconciliati sunt, cum plebi concessissent, ut suum haberet magistratum, qui factofandus esset, cui auxilii latio adversus consules foret. Discretus expressum, ne patrum cuiquam eum magistratum capere liceret. Ita Tribuni duo primum creati, C. Licinius & L. Albinus, qui tres sibi collegas cooptarunt, quorum unus Sicinius seditionis auctor fuit: ac sacra lege magistratus in violabilis factus. Legis formula talis ad posterum est tradita: Tribunum invitum tanquam unum è multis nemo illum cogito agere, neque verberato, neque alteri, ut verberet imperato, neque occidito, neque occidi iubero. Si quis hominum aliquid fecerit, impius execrabilisque esto, bonaque ejus publicentur ad sacra Ceteris: & qui aliquid hæc agentium occiderit, cædis expiatus esto. Juratum inde in præscriptum legis, atque ubi castra fuerunt, Jovi metum solventi crectæ, ibique facta peracta sunt; quæ res loco postea nomen dedit, ut mons Sacer diceretur. *Sab. l. 8. En. 2. ex Livio, Dionysio & Plat. Cor. Vespigalia, Tribunorum exactionem.*

Quirinus Syria præfectus à Cæsare missus est in Judæam jam attributam provinciam Syria, ut percerneret facultates ejus regionis civium, & Archelai Tetrarchæ Viennam relegatis pecuniis in potestatem suam redigeret. Judæi tamen primum ægre ferrent mentionem descriptionis, non sunt tamen reluctati pernaciter, patendo auctoritati pontificis Joazar, qui Boethii fuit filius, atque ita illius suavis sine controversia census peractus est. Exiit tamen post quidam Judas Gaulonites, ortus ex oppido Gamala, qui adjuncto sibi Pharisæo Sabduco, sollicitabat ad defectionem populos, censum nihil aliud quam manifestam servitutis professionem esse dicitans, & universam gentem ad tuendam libertatem adhortans. Magna igitur manu comparata, super tres pristinas sectas quartam novam invenit, & latrociniis omnia miscens, cives Hierosolymitanos ad mutuas caedes perduxit, ut etiam hostili flamma Dei templum fuerit correptum. Ea pèssu semel grassata, radices egit, ut populo tandem à Romanis deficiente, urbem cum tota gente pessum dederit. *Iosephus lib. 18. cap. 1. Antiq. & seq.*

Byzantini assidue cum Thracum gente bellis exhausti, Gallorumque injuriis, qui post Delphicam expeditionem è periculo servati, locis Byzantio proximis confederat, quibus bello orto quotannis octoginta talenta pacis nomine pendebant, pecuniarum inopia statuerunt vectigal exigere ab omnibus, qui in Pontum navigarent. Tulerunt id graviter alii Græcorum, sed Rhodii omnium gravissimè, quorum opes tum latè maris imperio pollebant. Tandem interventu Cæsaris Gallorum reguli, his conditionibus bellum utrinque est solutum: ut Byzantini nullum vectigalis exigendi jus haberent, Pansias Bithyniæ rex omnibus, quæ illis ademerat, restituitis, Byzantium amicus fieret. *Sab. lib. 2. En. 5.*

Theodosius Imp. cum exhausto frequentibus bellis sisco tributum novum urbibus imposuisset, solus Antiochenus pop. novum vectigal non tulit, sed seditione mota, Placillæ quoque Imperatricis statum (quamvis jam mortuæ) fune pedibus adaptato, per urbem contumeliosè traxit. Quod flagitium tam graviter Imp. tulit, ut nisi D. Flaviani Episcopi Deorum precibus & D. Ambrosii auctoritate (qui nihil eum in fontes statueret, priusquam trigessimus dies exactus esset, juraturando adegerat) motus fuisset, eadem quoque ibi magnam, sicuti Thebalonica, perpetrasset. *Niceph. lib. 12. cap. 42.* Ferunt, ea nocte, quæ diem feditionis præcessit, feminam sublimem in aere conspectam, magnitudine ingenti, aspectu horrendo, quæ per ubi plateas in aere currens, flagello aeterni verberavit, similem sonitum edens, qualem edere consueverunt, qui in caveis ad furorē bestias excitant. *Niceph. lib. 9. cap. 42.*

Anno Christi 1382. Ludovicus Dux Andium, Franciæ Rector, Carolo VI. rege etiamnum puero, ad Siciliam regnum capessendum à Joanna regina vocatus, in Italiam proficisci magno belli apparatu constituit, & nomine Regis rerum venalium vicefimam indixit. Parisi, Ambiani, Rotomagensis imprimis id detestantur, ceteræ urbes exemplum harum lecutæ sunt. Stabat sententia, æs in urbe Regia cogere, cum Rex Meldis abesset, à viris mitium factum non est. In olitorio foro à quadam Petronilla Maurella naturium venum exponente coactor Regis obolum postulabat. Cum

jam convitio flagitaret, exigeretque, mulier fidem virorum implorat. Ad querentis mulierculæ vociferationem concursu facto, exactor à Parisiensibus oppressus est. Incrimis plebs ad ædes publicas impetu ferit. Dejectis foribus, arma, telaque (in quibus plumbei mallei erant, qui fabricati fuerant, ut ad Magistrum equitum mitterentur, ut eo etiam teulo militem armaret) corripuit. Exactors, redemptoresque, quoscumque urbem pervagati adipisci poterant, plumbeis malleis consciebant: quandam etiam in divi Jacobi ad Lanios æde machant, simulacrum Virginis amplectant. Viis vicisque cætenas pretendunt. Carcerem Regii juris invadunt: custodias emittunt: vinclos solvunt. Tandem Marefii auctoritati se dederunt, ut malis mederetur. Is, ac quidquid optimatum in urbe Regia reliquum erat, qui nihil ipsi moverant, Regem adire habuit reorum, cum lachrymis miserabili oratione strati ad pedes orantur, obsecrantur, ut veniam vel errore lapsis, vel furore impulsis daret. Spes venia ostentata ea lege, ut multa exaginta milium aureorum cæteris irrogata, auctores seditionis, iique qui custodias invasisent, capite luertent. Marefius Litem etiam renuncians legationem, cætera multitudinis exposuit, de fontibus penitentiam clam habebat: noctu corripit singuli cæpere, ac Sequana demergit. Plebs rursus, dum sibi quisque timet, concitatur: supplicia internis, pecunia tamen exacta. Rex post victoriæ ad Floridris paratū cū exercitu ingressus urbem, ad crepitum armorum territa plebs, miserabili stratu supplicia omnia implevit. Trecenta nomina edidit Sextus. In capite luertunt: caeteri ære multati. Carere revulsa: ac in arcē Luparam late. Saos decemceps Decuriones, Prætorumque mercatorum habere creareque veriti. Quinto post anno sua Regie urbi majestas, juque reddimur creandi Decuriones, Prætorumque mercatorū. *Emil. lib. 9.*

Ob eandem causam Rotomagensis quoque plebs, cum armata ad mercatoris pannos vendendis, qui cognomine Crassus non cupabat, ædes acriter effregit. Crassum ipsum curru imposuit per urbem deduxit, ac Gallorum regem salutavit. Cuius nomine edici iussit, ut onera quæ imposita erant, delerentur: idque ut tumultus delat possit, confirmatum fuit. *Fulg. lib. 9. cap. 7.*

Cum Carolus VI. Gallorum rex jam adultus in amentia incidisset, occulto Burgundia ducis impulsu, Lanii, quoru permagnus in Parisiorum urbe numerus est, arreptis armis, Simonetum Cabochum Parisiensem, forditæ fortunæ hominem, item Jacobi villæ dominum, præterea Joannē Trojanū physicum, hujus multitudinis duces creaverunt. His ducibus armati, cum ad Aquitanici ducis atque, ejusdē Delphini (major enim natu Caroli filius erat) palatium ivissent, dedi sibi quosdā ex magistratibus ejus, atque, in primis Barientem Bavariensemque duces, ambos regine fratres, postularunt. Hos cum in carcere condidissent, haud multo post nonnullos eis eis capite multarunt: idque in nonnullas etiam ex numero feminatarum, quæ in reginæ obsequio erant, factum fuit. Cum autem tumultus continuaretur, oneta quædam sacerdotibus atque magistratibus imposuerunt. Cæterum cum graviora quoque molirentur, Parisienses cives communibus viribus feditionem plebem cum ducibus suis urbe expulerunt. *Fulg. lib. 9. cap. 7.*

In Anglia ann. 1387. ob exhaustum ærarium diuturno bello Gallico ab Edovardo III. gelto, Ricardo II. puero imperante, tributum in capita singula urbis utriusque sexus hominum, qui id ætatis essent, quam Jurisconsulti legitimum vocat, impositum est, ut singuli non minus singulos argenteos, quos grossos dicunt, solverent. Hoc pauperum fuit onus. Divitibus verò ac sacerdotibus, amplior pecunia imperata est. Hæc exactio plebis animum mitièc vulneravit. Cantiani Joannem quandā Strayum, domos tegere solitum, & Gualterum Tylerum, plebs feces, item Joannem Bærum sacerdotem, sibi duces constituit. Londinum properant, confidenter aliquot dies in monticulo, qui propè urbem est, ad millia passuum quinque, quem Blakethum dicunt. Interim missis ultra citraque nunciis ad ripam Thamensis descendunt, denuntiant, si per consilia liceat, velle se regē convenire, ac nonnulla, quæ è Republica essent, coram eum eo conferre. Rex, ut femina malora in ipso exortu extingueret, navicula vechus ad ripam venit, & de flumine cum eis colloquitur. Sed cum in terram descēdere nollet, quod ipsi vehementer poscebant, tum demum in ajore quam antea furore connoti ad urbem concurrunt, suburbanum divi Georgii vicum primo accessu poliunt, fractoque publico carcere custodias omnes liberant: inde urbe ingressi turrim oppugnant, quò se rex cum toto senatu suo receperat. Hic primo accessu Simonem Cantuariensem antistitem, Robertum Halitum divi Joannis Baptistæ militum collegi præ-

A præfectum, & Ricardum quandam Ordinis Carmelitani monachum, qui regis confessionem audire solebat, ad se missos, in subiecta arca secuti percutunt, capita in ponte spectanda exponunt, cum supra 60. milia confluxissent. Edito tanto scelere ad diripiendam urbem se converrant: obvios quoque occidunt, domos, templa, cænobita depeculantur. Ex ægris ingens perditissimorum hominum numerus ad prædam advolat. Urbe direpta in verum templum irumpunt, inde in Uvestmonasterium, incendio flatario pleno antiquarum tabularum, quibus monumenta regni continebantur, & multa facta præda, in urbem redeunt, fractisque reliquis furum custodias, quod reliquum erat fortunarum, rapiunt. Omnibus jam præda opulens, tumultus paulatim refrixerat, cum Joan. Stravus, princeps concitatae plebis, per præconem quædam suo nomine publicè denuncianda curavit, quæ observanda forent. Gulielm. interim Valvorthus prætor civitatis, plebem urbanam, quamvis parum pugna idoneam, armat. Rex icidem copia armatorum comparata, in urbem ingreditur. Prætor jusse regem ad plebem proficiscitur, quæstrus, eequid iustitiae illa sibi velit. Admisit turba sine maleficio adventem prætorem, utpote quæ inopas confili, furore jam remisso, incipiebat animo desicere. Seduxit prætor Joannem Stravum doctorem in colloquium, quasi de pace acturus, & stricto pugione paulum infra jugulum vulneratum interfecit. Tum multitudo repente in fugam se conjicit, in qua multi aut interfecti aut ad supplicium tracti. Qui evaserant, statim ex se delectos miserunt ad regem, qui mortem deprecantur. Isti amicum reorum, regem cum lachrymis adire, atque ad pedes jacentes orarunt, ut veniam miseris, eiq; errore lapsis, vel furore compulsi daret. Spes venia ostenta. Cæteram rex questione habita, quorum esse tumultus confatus esset, quos fontes compertit, supplicio affecit, reliquos graviter multavit. Atque ita Cantiani cum locis post tertium diem, quam Londini insani ceperant, ad sanitatem redire coacti sunt. Incidit hæc populi feditio in annum Sal. 1381. & cum regnare cepisset Ricard. puer adhuc, quartum. *Polyd. lib. 20. lib. 9. cap. 7. hæc addit: Rex dum plebi itudens satisactus, litteras de his, quæ petebant, jam concessi iussit: plebeje multitudinis pars jam domum abierat, sed interea cum his, qui remanserant, circum quadraginta milia aliorum populorum fe conjunxerunt. Qui cum ea via venient, quæ ad urbem Vordocicum ducit, neque Roberto Sali illius urbis præfecto persuadere potuissent, ut eorum dux esse vellet, eum interemerunt. Rex sibi metuens, Londino egredias, non amplius quam sexaginta comitatus equitibus, forte in Gualterum Tylerum incedit, qui cum magna plebeje turbe manu ad urbem tendebat. Illic Gualterus minachis verbis cum Londinensem Merim (id magistratus nomen est) qui tunc in equo penes regem erat, objurare cepisset, superbè regium armigenum enle poposcisset, in eo tumultu occisus est: ac superveniente, qui regi auxilio erat, multitudine, is tumultus ad eed evanuit, ut regis restitutus litteris, quibus immodica plebs concedebatur, principibus ejus furoris aut suspensis, aut alio mortis genere affectis, reliqui dissiparentur.*

Bello incubente Scotico, tributum imperaverat Anglis Henricus VII. Rex. Id Cornubienses, qui insula partem Ilerilem valde incolunt, conferre negarunt, factaque feditione, Thomam Flammarum duce legulejum & Michaellem Josephum fabrum ferrariorum duces elegerunt. Qui armata manu Londinum petierant. Rex inconsultæ multitudini non statim obstitere, sed quam longissimè domo abstrahere studuit, ne è suis sublevari possent. Jamque Londinum obsidentes aggressus vicit, duces ipsos supplicio affecit. Michaellem Josephum ferunt, dum ad mortem traheretur, seipsum consolatum, quòd ob id facinus præterit sui nominis memoriam perpetuatum iri. *Polyd. lib. 26. Angl. hist.*

Eodem serè tempore, quo in Anglia & Gallia ob tributa tumultuatum, etiam Flandria concussa est. Flandri Comitès ex formula in viginti annos præscripta debebant Franco regi quotannis circumpaginta milia aërorum. Ludovicus Comes exactores circummiserat, atque ea præscriptione multò majus auri pondus congesterat, quam quantum ea res postulare illis videbatur. Conquerabantur, fortunam miserum agi, ferrique. Petierant, ut coactores redderent rationem. Fornacum conventum: intra mœnia mensarii, cæterique Comitibus ministris in oppidum deducti: urbium procuratores legatice in suburbium diverterunt. Ignis seu fortuitus, seu ex præparato in suburbanis adificiis conflatus, ea, vento, ut forte coortus erat, adjuvante, magna ex

parte assumpsit. Flandri se dolo incendioque petitos rati, in Comitum, Comitumque amicos velut conflagrationis auctores, domum reversi, suos quisque populos incitaverunt. Prælio commisso Ludovicus captus, nec dimissus, nisi jurandam adactus se immemorem injuriarum futurum: secundum eam diem nihil eum magnarum rerum, nisi de suorum sententia, reg; ad urbium decuriones relata, staturum, acturumve. Paruit præsentī necessitati. Ubi primum liberum ei fuit, ad Philippum Valesum Francorum Regem confugit. Flandri ad Cæsarem convenerant. Discussi nobilitatis imperatore carebant. Duces bello gerendo plebsitico delecti Nicolaus Auncinus, & Hilernus Canutus, viri strenui quidem & fortes, sed humili loco nati. Rex Cæsarem duxit, Urbem oppugnare cepit. Ad duodeviginti milia Flandrorum cecidere. Cæsarem captum, direptum, incensum, Ludovic. Comes domum restitutus (admonente Rege, ita dominaretur, ut non iterum necesse Francis foret eum domum armis reducere) de motu auctoribus supplicium iussit, horum circiter sex milia extitere. *Emil. lib. 8.*

Bellum Flandricum, quod Comes contra plebem, injustis tributorum exactionibus contradicentem, Albatorem ab albis capitis factione instituta, gessit, septem annos tenuit, plus ducenta milia virorum absumpsit, salurem populatibus, dignitatem Comite turante, sub Cat. V. & VI. Francorum regibus. Gandavenses strenuè rem gesserunt, ad centum milia bellatorum in armis habentes, & Philippum Arcevilam ducem bello gerendo pacive jungendæ creaverat. Is multis ultrò citraque datis & acceptis cladibus, omnium rerum jus arbitriumque, præterquam vitæ mortisque, Comiti permittebat, exilio fortunisque quos vellet, multare: cruorū miserorum suppliciumque parceret. Non audebat: petebat sine exceptione omnia sibi permitti: majores quindecim annis viri & mulieres cum singulis vestimentis vix existerent, resti cervice inserta pro cumberent supplices: tunc demum constiturum se. Ergo desperabundū Albat, securam Comitem Brugis opprimere statuit. Quinque milia delecti, repentino adventu patentes portas ingressi, eum oppidani festo sanctoque die sacris deditur, urbem ceperunt. Philippus imperavit, ut Comes periret, illa tunc ac sine dedecore servaretur, eo consilio, ut honorificentissimè habitus Gandavum duceretur. Apud inopem magnoque natu exultantem cum latitasset, antequam omnes ex oppido exitu intercluderentur, viam fugæ celeritate expeditivè in Insulam contulit. Albatorem aliquot turmæ cohortique excursionis ad mœnia ulque Insule fecere: ac cupiditate prædæ, studioque bellandi, in Tornacensium & Franci Regis fines ferrum igneque intulerit. Ea demum indignitas Francos irritavit, populique, ut de juvando Comite cogitarent. Auxilia Comiti utcumque merito promissa. Rex Carol. VI. sacram Flammulæ D. Dionysii æde à Fani antistite summa religione acceptam Petr. Villario tradidit. Simul martyrum corpora ex inferiore sacrario deprompta, & supra editorem arā triplici sereto reposita. In Arrebat copie ductæ. Ad Rosbecam prælio commisso, Albatorem ad triginta milia in prælio desiderata, in fuga plus decem milia caesa. Secundum victoriæ Rex Philippum conquiriti iussit. Inventus est in cumulo exanguium corporum graviter faucis, sed spirans. Colligari vulnera, curarique jubente Rege, omnem curationem alpenatus, ac non superesse se civibus pro libertate cæsis velle prædicans, decessit. Corpus furca datum, quantum Calendarum Decembris, in fidem redit. *Emil. lib. 9. Polyd. lib. 29.*

Belli primi Ligustici diuturnitas Venetorum ærarium ita exhaustum reddiderat, ut cogenter Patres ad alendam classem nova vectigalia excogitare. Quam igitur in multis novum commentū essent vectigal, mandassentque illud publicari: tum populus oneris impatientis, cum clamore & minis in curiam impetum fecit. Petrus Patribus rei novitate, Rainerius princeps ad primum tumultum curia egressus in medium processit, ut Ducaria auctoritate strepitum multitudini pudorem injiceret, vel populari aliqua oratione concitatos animos leniret. Plebs Ducaria majestate neglecta, lapides continuo in Rainerium conjecit: cessit ille territus plebejo furori. Quo è medio abeunte, seditionis capita, nova via ad grassandum ingressa, aliquot nobilium domos facto impetu diripiunt. Demum sedato tumultu, acerbissima questio in eos decreta, qui publicam majestatem violassent, quique plebeje se furoris duces præbuisset: capti sunt fontes, exquisitissimèque supplicis affecti. *Sab. lib. 10. Dec.*

Anno Sal. 1375. tumultus gravis secessione plebis à patribus Lubecæ exortus est. Multas & magnas fecerat senatus impenas

A pensas ex crebris expeditionibus contra Danos per mare, per terras, in suscipiendo item Imperatore Carolo IV. as contra-ferat alienum non mediocriter. Instruitur ergo, ut prater annuam collectam, per singula civium capita solveretur una Lubecensis marca; & ut futuro tempore prospiceretur, aucta est mensura, quam molentes publicis usibus servitutum de-tractant in molendinis. Eam rem acerbissimis animis acce-pere plebeji: eviscerati se queruntur, sanguinem prius, quam pecuniam, daturos. Concurrunt in adem D. Cathari- ne, fratrum Minorum Ecclesiam. Itaque Senatus civium voluntati concessit. *Cranz. lib. 9. Vandaliæ, cap. 1.*

Anno Sal. 1408. Lubecensis populus propter novi tributi institutionem contra Senatum insurrexit, rationem expen- sarum ab illo petens. Senatus maxima pars urbe excessit. Eo- dem exemplo exciti vicini Vismariæ, & Rostochienf. Senatus auctoritatem imminuere, constituit utrobique sexa- ginta viris, qui capiendis consiliis, & rebus gerendis inter- essent. Hinc audacia crescente, Senatores loco moverunt, alioque sublegerunt. Eodem quoque tempore Hamburgenses, concitato tumultu, sexaginta viros constituere, qui publicis consiliis interfuturi, etiam imperarent consulari- bus. Non multo post, quum novus ille consulatus Lubecensis displiceret, adjecte viros sexaginta, qui rebus inter- essent. Super hos quoque, atque super concilium publi- cum, alios creare viros duodecim, Plenipotentes dictos, qui deliberata in senatu, & à sexaginta viris masticata, vel approbarent, vel rejicerent, moderarenturque suo arbitra- rii omnia. In concilio tandem Constantiensi à Sigismundo Imp. condemnati sunt novi consules, ut suos, quos ejecerant, patres reciperent, & interrogata illis data resarcirent. Insisteret tamen legati, quoniam lata sententia mutari non poterat, ut saltem ad tempus suspenderetur executio: in- que eam rem (ut ferunt) expromissa sunt 25. aureorum mil- lia: sese interea daturos operam, ut communis senatus placaretur. Convenit igitur inter siscum & novi concilii oratores, ut camera regali soluta 25. millia aureorum, nisi eisdem civibus ad constitutum terminum restituerentur, imperiale bannum, quo condemnata erat civitas, subla- tum conferretur, perpetuoque exilio, qui pulsi erant, tene- rentur. Decreevat enim rex certissimo proposito, nume- ratam pecuniam ante terminum restituere, ne qua in parte iustitia laederetur. Et quoniam literis opus erat, ad inducen- dum populum ad conferendum tributum, dedit rex illas pu- ras, sed alias adjectis cum conditione. Missus quidam ex Batonibus ad accipiendam pecuniam, pervenit Lubecam cum legatis Rip. qui magnis buccis conquebant in popu- lum, magna se reportasse adversus exules privilegia, nunquam illos redituros, imperiale bannum jam esse sublatum. Gau- debat populus, se impetrasse, quod volebat, nec gravaba- tur promissa summam congerere. Baroni etiam injecta est ossa in os, ne rugiret. Exules interim, quum cernerent regem multis & magnis rebus implicatum, ne sibi desissent, à rege Danie Erico Sigismundi consobriño impetrantur, ut pro rege Romanorum exhiberet. Lubecensis summam prædi- cam. Ea pecunia Lubecenses recitata, sero tandem se de- solutos esse agnovere. Ericus Lubecenses mercatores in Scania piscantes supra 400. cepit, utpotè ab imperio proscriptos. Imperatoris interea legati duo Lubecenses nullibi tutos eò deduxere, ut exules honorificè suæ dignitati restituerent, & supplices ab illis veniam peterint ann. 1416. Locantur in sua

D sublellia veteres consulares: novum concilium stabat in fronte sedis: nudatis capitibus veniam de omnibus, quæ parata essent, humiliter deprecantur. Tum Jordanus Ple- scovu, primus redeuntium: Unobis, inquit, peccatori- bus ac multis erratis misereri dignetur altissimus Deus, re- mittemus vobis ex animo cunctas offensas, futuri vobis sem- per amici intimorem, quam antea. Ceciderunt multis la- chrymis, audito tam molli verbo. Multi ex his per octen- nium integrum morte perierunt: soli octo redierunt cum cognationibus suis. Vismarienses, quum male sibi time- rent, nec opem jam sperarent ab Lubecensibus, submissis amicis ad principes Magnopolitanos peregerunt, ut pro- missis decem millibus marcarum, aboleretur offensæ, vete- re senatu in integrum restituito. Rostochienfes vix tandem senatum suum receperunt, quamvis juramento se abstine- rent, nunquam passuros in urbem redire. *Cranz. lib. 10. Vandaliæ, cap. 14. & seq.*

Archiepiscopus Bremensis arcem crexerat, quam Albam vocavit, super Uveseram (Vifurgum dixere veteres) vectigal exi- gens ab universis ascendentibus ac descendentibus per flu- vium. Refragantibus Bremensibus, capti aliquot per terram E- iter facientes. Sed ita invium quoque flumen Archiepiscopi fa- cere fludebat, palis defixis, & catena extensa. Bremenses ex- pedita magna navi, nisi valido vento, catenam pertingunt, palos navibus applicatis evellunt. Tandem convenit inter partes, ut Archiepiscopus arcem hanc civitati permitteret demolendam, ipsi verò impensis civitatis atx in loco Lan- guedel edificaretur. *Cranz. lib. 7. Metrop. cap. 49.*

Es grande alienum contaxerat civitas Utatislavia. Quod cum populo indicaretur, ut ope mutua relevaretur Respu- blica, ille Partes ab administratione dejecit, quasi qui pri- vatis impendiis publicam pecuniam insumpserent, iustos abire domum, & publico abstinere, novumque creavit con- cilium pro suo arbitratu, statuens, annuam in reliquum esse administrationem, quò honor magis per multorum civium capita crebesceret: arbitrati, perpetuum consilium non esse aliud, quam occultam tyrannidem. Novi consules, quum cernerent debita legitimis ex causis constata, nec pos- se civitatem ex his emergere, nisi communi per omnium civi- um capita instituto tributo, id iustis rationibus civibus F persuadere sunt conati. At conciti plebeji ea re in furorem, ad unum omnes crudeliter mactarunt. Sigismundus Imp. ma- gna suorum manu urbem ingreditur. Circumstant cum femina martorum indignant eadem lamentans. Jubet ille, omnes in pratorium evocari, & latitantes extrahi de latibulis. Viginfi sex castiglati, ceteri proscripti, & ex primoribus urbis novus electus Senatus. *Cranz. lib. 10. Vandaliæ, cap. 38.*

Ludovicus I. Hungariae rex, cum Venetiis per Dalmatia decerans, equum album, annui vectigalis loco, publico no- mine sibi mitti pro Dalmatico regno victor postulabat. Id Veneti quum negarent, diuturnum inter eos bellum exarfit. *Bonfin. lib. 10. Decad. 2.*

Carolus V. Rom. Imp. anno 1520. in Germaniam ex Hispaniæ regno ad suscipiendum impetum navigante, relicto ibi Hadriano, qui Pontifex factus, sexti cognomen tulit, su- premo regi præfecto, præcipuae civitates Hispaniarum regio- rum magistratum rapacitate adductæ, præter Bæticam, in unum conjurant, & non obsecræ, uti erectæ ad libertatem (quidem Helvetiæ æmulam, ut Olorius ait) à præsidibus Cæsaris rebellant: Regium tamen nomen in honore habent, G & magistratus tantum odisse videtur, à quibus expulsi, oppressique, indignissima parentur. Ante omnia iudi- ces creantur viri fortes acerrimique, qui causam populorum cognoscant. Tum vetò humillimo cuique fas fuit injurias deferre, & libertimè conque de impotentia acerbitateque pratorum, qui contra consuetudinem antiquorum Hispaniarum regum populos vexavissent. Cæsaris cognita 13. civitatum de- fectione, duos regibus regenda Hispaniarum præfecit, qui de- fectores bello persequantur. Inducum scilicet Vellascum, qui erat Magister equitum, & Fridericum Henricum, quem ab ipsa maritimi officii præfectura Amiranterem vocabant. In- terca populares ad summum insolentiæ provecti, non modo eos, qui à regis injurias pertulissent, audiebant, & bona spe maturæ libertatis implebant, sed populos etiam nobilio- ribus regulis subiectos, tanquam publici disceptatores cau- sarumque omnium supremi iudices, ut magnis querimoniis injurias deserent, invitabant. Quæ res importunè mota, procerum omnium animos subito timore corripuit, ad eò ut qui modò ejus belli tumultusque spectatores esse cupie- bant, tam propinquo periculo monerentur, ut sese protinus H ad regios conferrent. Defectores ad Totdesillam conten- dunt (hæc olim fuit Segisama Julia) ubi regina Cæsaris ma- ter à Philippo conjugis interitu morte commota, in lachry- mis, desperatis medicinis remediis, miserabilem vitam duce- bat. Eam uti reginam salutant, suadet, ut munia republi- cæ suscipiat, & sese adversus externos præfides uti Ferdinan- di regis filiam objacat, eundem gubernet. Hæc omnia cum ipsa alacri animo se facturam diceret, & ex intervallo atra- bilis nonnunquam opportuna loqueretur, utpotè quæ se Cæ- saris matrem, ac Ferdinandi filiam tenacissimè meminisset: nequaquam tamen adduci potuit, ut libellis & codicillis sub- scriberet. Cæterum cum copiis divisim bellum gerere insti- tuissent, Totdesilla à regis capta, captique iudicibus, mox etiam ducibus, rebelliosis auctoribus, Joannes Padilla, An- ton. Zamorensis Episc. Petr. Pimintelus, & Franciscus Mal- donatus, & alii quidam viri nobiles, & quidam etiam, quos ex infima plebe ad honores populatim furor exveerat, capiti- ali supplicio affecti sunt: multitudine verò venia tributa. *Jo- vius in Hæd. VI. & Ofor. lib. 12. rer. Em.*

A Anno 1547. magna seditio per Aquitaniam fuit, propter salinas & vectigalia. Totius autem regionis principatum ob- tinet Burdegalia. Hi cum primis etiam rebellabant, & præ- fectum regium trucidaverant. At occupata urbe ab Henri- co II. rege, Connestabulo & Aumalo ductoribus, præter re- liquas penas, Connestabulus eos adegit, ut terram, qua te- ctus erat & humatus præfectus regius, nullo cum instrumen- to, sed unguibus atque digitis reverlerent. Et sic inventum cadaver maxima cum pompa terræ mandatam fuit. *Slei- danius lib. 21.*

Turisdictionis usurpatæ.

Lugdunensium pontifex erat Petrus è finitima Sebustiano- rum procerum nobilitate, sub Philippo Pulchro Gallorum rege. Controversa exorta inter eum regioque magistratus de pontificia regique jurisdictione. Plus æquo sibi asu- mere regis videbatur, & cives Lugdunenses ei aderan. Lu- dovicus Rex Navarre cum exercitu ingenti missus, eam pro- vinciam consecit, Huiusmodi cognomine dictus, qua voce apud Francos patrio sermone vis turbationis tumultusque significabatur. Pontifex perculsus, fidei Sabaudi Comitum, qui cum regis filio advenerat, se permisit. Ita sine certamine res compositæ. Pax ubi clarissima pontificique data. *Emi- lius lib. 8.*

Repulse conjugalis.

Dion Iliensis persuadere conatus est, ne Ilium quidem à Grecis excivum, nec Helenam Menelao unquam nupsisse, sed Paridi, quam quum multi ex terra Græcia procerantur, & cum his Menelao Agamemnonis frater, cum quo Cly- temnestra Helena soror nupta erat, indignitate rei, quòd peregrinus homo Græciæ primoribus prelaus in matrimo- nio esset, Artriarum impulsu, Græci Priamo bellum intule- rint. Eoque fidem huius opinionis fieri, quòd Castor & Pol- lux fratres Helene, qui ejus connubi auctores fuissent, ad Trojam non militaverint. Ita igitur Dion rem dirigit, ut Helene connubium à Grecis per legatos dicit repetitum, qua non reddita, quoniam legitime Paridi nupsisset, ex to- ta ferè Græcia bellum sit Phrygiæ illatum, quod Trojanam dicitur. *Sab. lib. 7. Legn. 1.*

Anno V. C. 312. legati ab Ardea Romam venerunt, auxi- lium & opem astitibus Ardeatibus rebus implorantes. Diver- sa factioem studia, quæ multis urbis exitio fuere, erunt- que semper, ipsius urbis opes in apertum discrimen adduxe- runt. Contentio ex parvo orta, penè ad excludum crevit. Petebant puellam indigenam plebeæ ortam adolescentem duo in uxorem, nobilis unus, alter plebejus. Hic puellæ tu- toribus fretus, ille matris favore, quæ honestissimo matri- monio filiam locatam iri volebat. Cognitione in forum de- lata, secundum matris arbitrium judicatur. Tutores injuria decreti palam questi, cum plebejorum manu, vi ex domo matris virginem rapiunt. In hos accessus ira juvenis, opti- matum multitudinem sepius, impetum facit. Fit prælium, plebs urbe ejecta locum mœnibus proximum occupat, no- bilitatem prædia hostiliter populatur. Venere interim his au- xilio Volsci Civilio duce, quibus freti exules urbem vallo cingere adoriuntur. Erantque in aperto discrimine res no- bilitatem sitæ, quem eorum legati Romam auxilium implora- tum venerunt. M. Geganius consul cum exercitu eò profectus, equos exuleque noctu & fossa cingit. Circumcessi, ar- mi & Civilio duce traditis, sub jugum missi sunt. Eos Tulci- ani per suos fines transeuntes ex improvviso aorti, ad unum peremerunt. Geganius seditionis auctoribus secuti percussis, Docium civitatem restituit. Ipse triumphans in urbem rediit, Civilio & hostium spoliis ante currum latis. *Sab. lib. 5. En. 3.*

Repudiis.

Ludovici junioris Francorum regis conjux Leonora, Guilielmi Pictavenfis comitis filia, repudiata, Henrico An- glorum regi nupsit, ut ex *Radevici lib. 4. cap. 26.* videre licet. Quæ res graviss. bellorum inter reges Francorum & An- glorum occasio fuit, cum Henricus etiam Aquitaniam ducatu, quem Ludovicus sibi arrogabat, dotis ratione potitus esset. *Sigeberti Continuator.*

Carceris.

L. Equitium, qui se Gracchi filium simulabat, tribunatum L. B. Theatr. vite hum. Tom. I.

que adversus leges cum L. Saturnio petebat, à C. Mario quin- tum consulatum gerente in publicam custodiam ductum, & Populus Rom. claustris carceris convulsis, raptum humeris suis per summam animum alacritatem portavit. Idem- que Q. Metellum censorum, quòd ab eo tanquam Gracchi filio censum recipere volebat, lapidibus profertere cona- tus est: affirmantem, tantummodo tres filios Tibi. Graccho fuisse, è quibus unum in Sardinia stipendio merentem, alte- rum infantem Præneste, tertium post patris mortem natum Romæ decessisse; nec oportere clarissimæ familiæ ignotas sordes inseri: cum interim improvida concitata multitudi- nis temeritas, pro imprudentia & audacia adversus consu- latum & censuram tetendit, principique suos omni petulan- tiæ genere vexavit. *Val. lib. 9. cap. 7.*

Auriga quidam Thessalonica, pincernam Buthetichi præ- fecti militarium copiarum in Illyrico Theodosii Imp. de pu- dicitia tentatæ, & eam ob causam in vincula conjectus erat. Veniens Thessalonican Theodosius, curule certamen exhi- buit: supplicabit ergo plebs, ut auriga (qui in eo certami- ne omnes superabat) solveretur. Quod cum non impetra- set, seditione mota, plebsque ex Imperatoris principibus, F & ipsum quoque Buthetichum interfecerunt. Iratus ergo Theodosius, immisiss in circum militibus, promiscuè quò- vis usque ad septem millia interfici præcepit. In eo tumultu mercator quidam, cum duos haberes filios, pro eis apud mi- lites intercessit. At illi alterum sese servaturos certa merce- de numerata polliciti sunt. Hic cum infelix pater anxius, quemnam duorum servari mallet, cunctatur, utrumque amisit. *Niceph. lib. 12. cap. 40.*

Tèpote Alexii Angeli Byzantini Imp. numularius quidam fuit, Calomodius nomine, qui longinquæ & difficilis ne- gotiationibus maximam pecuniam acquisiverat. Principes ad rapinam invitati, manus Calomodio iniecerunt. Circum- foranei, Calomodii captivitate & causa ejus cognita vespe- ri, manè tributum convenerunt, & templum ingressi, Patriar- cham Joannem circumsteterunt, tantum non disceptatos eum, aut de fenestra præcipituros comminanti, nisi literis ad Imperatorem Alexium datis Calomodium liberaret. Is po- puli tumultu aggrè sposito, facundia sua in integrum, citta omnes facturam, Calomodium restituit. *Niceph. lib. 2.*

Anno 1462. Viennenses civis tumultu civili ob sex Sena- G tores in carcerem conjectos concitato, Fridericò III. Imp. in- arce duobus ferè mensib. obfederunt, & Gregorium Bohemo- rum regem, eum exercitu liberatè ejus causa veniente, ab Al- berto Friderici fratre duce insidulis exceptum, in suburbaniis villis prostrigant. Pax dein de facta, ea conditione, ut Fri- dericus Maximiliano filio principatum illum concederet, ejusque tutelam Albertus patruus gereret. *Cromerus lib. 25.*

Civitates denegatæ.

Sublata apud Syracusanos post Gelonis & Hieronis re- gnum Thalybuli dominatione, conventu omnium convoca- rant, in quo de communi republica & statu populati multa consultantes, una omnes sententia decreverunt, statim colosseâ Jovi Liberatori extruere: tû singulis annis facta Libertati so- lenia peragere, claraque magnis præmiis certamina eo die pro- ponere, qua tyrano ejecto, patriâ liberantur. Dis autem inter certamina quadringetos quadraginta tauros immolare, quos ad cômune civium convivium impendere statuerant, tum ma- gistratus omnes præfices civibus distribuere, & familiis vetu- stis. Na novos homines, milites mercenarios, qui à Gelone supra X. millia fuerat adscripti civitati, indigni dicebant, ad H munera publica & honores civiles admitti; seu quòd parum meritos censerent, si ve quòd incertæ fidei morum; aliorum viris haud temerè credendam rem putarè. Hi se magistratum honore exclusos, indignè ferentes, deficiunt à Syraculis, occupantque partem urbis Achradinam, & insulam, loca duo ingenti muro munita. Multis tandem ultro citroque illatis cladibus, alienigenæ (quorum 7. tantum milia fuere, sed rei bellicæ expertissimi) superati sunt. *Diod. lib. 11.*

Belli socialis sive Martici origo ex consulatu Ful. Placcii aliquot ante annos gesto, haud dubiè exiit, qui omnium pri- mus palam agitavit, ut Itali in civitatem affunderentur, fieret- que dignitatu participes. Cæterum eo cû C. Graccho inter- fecto, Italiæ civitates rata sua causa tales viros periclitatos, eorum eedè molestissimè tulerunt. Mox Livius Drusus tribu- num plebis pollicitus de eadem re se legem promulgaturum, domi, incerto auctore, icetus, cœcidit, quum in sua porticu jus diceret, essetque multitudinè dimissus. Sutorius culter re- pertus est femori affixus. Post Drusi interitum, quum Itali pe- jora indies multoq; iniquiora metuerent, nec spes melioris ita- H h 3 tus

Atus interim ulla adesse, plures uno tempore populi à Romanis defecerunt. Hi primò federe inter se occultè icto, mutuis obfidibus datis & acceptis fidem faciunt. Erat tum Servilius proconsul in Piceno agro. Ad hunc primò est iudicio delata, qui cum Asculum temerè occurrisset, ibi publicè interfectus. Mox post illum & Fonteius legatus. Postremo & in alia Romanorum capita liberè est cædes evagata. Ad hunc Asculanorum mortum, ut velut ad signum aliquod bellicum, Marfi, Peigni, Vestini, Marucini, Picentes, Ferentani, Hirpini, Pompejani, Venusini, Japiges, Lucani, Samnites, & quicumque ultra Lirim incolunt, consternati ad arma concurrunt, collatiq; in unum viribus, equitum pedumque centum millia ad bellum cõmuni nomine instruant. Erant tum Romæ consules Sextus Jul. Cæf. & P. Rutilius Lupus. His per partes bellum gerendum decernitur, ita ut uterque plures sub se fortes haberet viros, per quos bellum administraret. Varium quidem & multiplex bellum, varioque fortunæ eventu depugnatum. Ita enim bellum gessere cum Romanis, ut maxima ex parte fuerint superiores, donec Cn. Pompejus consul, & belli dux electus, & Sylla dux sub altero

B Consule Catone, nobilissimis præliis Italos non semel, sed sæpius vincendo, illorum reges ed redegerunt, ut profugati fuerint. Tandem cum frustra Mithridatis auxilium implorasset, multis victi præliis, cum exarsisset apud Romanos Sylla & Marii civilis seditio, alii Sylla, alii Marii partes fecerunt, & eorum major pars bello cecidit, reliqua ad victorem Syllam defecit. Atque ita tandem una cum seditione civili extinctum est bellum illud Maricum appellatum, cum fuisset maximum. *Diad. Sic. lib. 37.*

Sub Nerone Imp. Cæsaræ seditio orta inter Judæos & Syros de iure civitatis contententes. Cum Judæi victores crudeliter grassarentur, à Felice Judææ procuratore immisissis militibus magna clade affecti & compressi sunt. At cum postea Syri impetrassent à Nerone, uti jus civitatis abrogaretur Judæis, Judæi obstinatores facti, bello Judaico initium dederunt. *Ioseph. lib. 20. cap. 6. & 7.*

Fœderis dissipati. Achæi in civitatibus plurimas divisi unum corpus & unum imperium habebant, singularumque urbium pericula mutuis viribus propulsabant. Hunc gentis consensum Romanis minuire cupientibus, tempestivè Spartatum querelam materiam præbuerunt. His Romæ apud senatum querentibus, suum agrum ab Achæis hostiliter vastari, responsum est, missuros se in Græciam legatos ad res sociotum inspicendas. Mandavit eis senatus, ut servata omnibus libertate, Achæorum concilium dissolverent, singulasque civitates proprii juris esse sinerent; ac si quæ præsentis decreto contumacius resisterent, eas potestate & imperio cogerent. Legati civitatum principibus Corinthum vocatis, primum omnium publicum Romanorum decretum recitavit. Tantis furor omnium animos ad inexpectatam rei mentionem incessit, ut peregrinæ conditionis hominibus casus, legatos etiam contra jus gentium temerè violarent. Livius bis Achæos prælio victos scribit, ad Thermopylas primò, Metelli ductu, mox in Isthmo à L. Mummiò consule, qui illi successit, atque secundum eam pugnam omne Arabeum nomen in deditionem acceptum. Trogus in conjugum liberorumque conspectu tanta fiducia à Græcis dimicatum ait, ut prorsusquam in pugnam iretur, nonnulli currus educere sint ausi, ad hostium spolia in urbem deportanda; sed

OCCASIONIS CONSIDERATÆ respectu Efficientis. Offendentis alium vel sua Liberalitate.

Adelbertus & Henricus Bojorum duces, Cunegunda Imperatricis fratres, & Vuelpho quidam, cui Irmituda ejusdem Imperatricis soror nupta erat, adversus Henricum II. Imperatorem conspirarunt: ab eo dorem, patrimoniumque Cunegundæ (liberis enim carebat Imp.) sacerdotibus ditri-

buit: nihilque aliud agi, quàm ut fenestra sceleribus aperiretur: alioqui oculos sacrificulis paupertatem Christi profectis, nihil illis, cum ditari forent, flagitiosus futurum, conquerentes: Angulam Rhetorum expugnarunt, & incendunt: Brunonem fratrem Imperatoris, ubi Episcopum in fugam coniecerunt: Engelbertum Frinxenem præsitum, supplicis libis ferentem, recedere coegerunt. At Henricus tandem dignas de eis pœnas sumpsit. *Aventinus A. D.*

Severitate. Ajax Oilei filius cum Ulyssè inimicitias exercuit, quòd post nefarium Cassandrà stuprum, sententia sua censerat Ulysses, Ajaxem lapidibus obruendum. *Pausanias in Phocicis.*

Fide erga supplices. Apud Sybaritas Telys quidam populi dux, cum in magna plebis esset gratia, potentissimum quemque calumniari apud populum cepit, donec tandem Sybaritis persuasit, ut quingentos ex ditissimis civibus urbe egerent, opibus eorum in publicum redactis. Qui Crotona petunt, ibique ad aras in foro erectas supplicum more confluunt. Telys legatos ad Crotoniatis mittit, ut exules dedant. Qui cum exules dare nollent, bello ab illis petiti sunt, quo excià est Sybaris. *Diad. lib. 12.*

Thebani, cum exules Athenienses suscepissent, bello Bœotico occasionem dederit, in quo Lyander, dum Haliartum oppugnavit, perit. *Plut. in Lyandro.*

Sedigentes locos & conlanguineos suos, Romanorum manibus elapsos, Numantini in urbem acceptant. Pro quibus multa deprecatur, quum nihil à Rom. Pop. impetraretur, abstinereque interim omni belli contagione, iussi arma deponere, id ita est barbaris acceptum, quasi manus sibi cum armis adimerent. Magara igitur duce arma capiunt. M. Popilius cum iis acie congressus, filios fugatumque pacem cum hostibus fecit, quam irritam postea senatus habuit. Missus inde ad id bellum C. Gostius Mancinus, à quatuor millibus Numantinorum, quum ipse 30. armatorum millia sub signis haberet, sæpius victus, & ad postremum castris exutus, ignominiosam & ipse pacem est suppliciter complexus. Hostis victor cum hoc quoque duce sædus maluit, armorum spoliis contentus, quum ad intermedionem G. sœvere potuisset: ita Romanorum animi metu perculli, ut ne vocem quidem, non modò aspectum ferocissimis hostis sustinerent amplius. Romanus populus non minus Numantini fœderis ignominia commotus, quam veteris illius ad Caudinas furcas icti, præfens dedecus Mancini deditione expiavit, & P. Scipionem Africanum ei bello præfecit. A quo Numantini longa obsidione fatigati, multum diuque pacem quæ sœvere, eam cupide complexi, si tantum viris tolerandum Scipio imperasset. Sed quum nihil ab hoste impetraretur, in quo spem reponeret, desperatis rebus, incensa urbe, natos & uxores partim ferro, partim veneno sustulere, ipsi postremò de mutuis vulneribus confecere: sic ut de nomine tantum Numantino triumphatum sit. *Sab. lib. 9. Ennead. 5.*

Gloria, Gloria emulatio. Ex Tit. Magnanimitatis & Ambitionis in gloria asserenda, conservanda, vindicanda, huc transferantur exempla, propter junctam inimicitiam.

Libidine, Stupro. Ex Tit. Libidinis poena, huc pleraque, quatenus Inimicitia inter ulciscens & ultum oritur.

Israhelitis Benjaminitarum tribum, propter consuetudinem à Gabænsibus Levitæ uxorem, & facinus non vindicatum, ad intermedionem delevere. *Iud. 21.*

Lacedæmonii contra Messenios propter stupratas virgines suas in solemni Messeniorum sacrificio, per annos viginti indefesso furore bellantes, ruinae suæ rotas Græci vires implicuerunt. Qui cū se magnis excretionibus devovissent, sacramentisq; obstrinxissent, domum, nisi Messena expugnata, nunquam esse redituros, per decem annos longa fatigati obsidione, tandem Messenios fraude expugnarunt. *Oros. lib. 2. cap. 21.*

Appius Claudius decemvir petidus amore Virginie, ingenuæ quidè, sed pauperis puellæ, principio pecunia pudicitia ejus tætere adortus est. Ubi nihil muneribus, pollicitivè petici videt, nactus virum quendam ad id idoneum, atque compositum, ut sicta calumnia puellæ servam suam asserat, curæ repetat. Puella ad Magistrum adducta, corrupto iudicio per fraudè traditur veluti mæcipium in manus recipientis. Quæ accepta cum calumniator pro servo abduceret, pater Virginis nullam ulquam

Asquam jam retinende filia præsidium adesse videns, filiam sequitur per macellum, ubi correpta bipenni, quæ fortè in foribus hærebat, eam in caput filie vibravit, ne tam indignum contumeliam experiri cogeretur. Cæde patrata, concessum est urbe in casta se proripit, quæ in Algido posita erat, & advocata militum Rom. concione, eos commovit misericordia, ita & indignatione tam impuri sceleris, & intolerabilis superbie. Itaque armis sumptis ad injuriam ulciscendam noctu urbem ingressi, collem Aventinum occuparunt. Legatis internunciisque ad utroque missis, rem componere moluntur, summoque studio instare, multa orate, obtestariq; ut ab intestina discordia desisterent, nec partiam ipsi suam gravibus calamitatibus obrute pergerent. Postremò his conditionibus & fœderibus se composita, ut decem tribuni plebis crearentur, quibus summa præ cæteris magistratibus potestas daretur, veluti protectoribus communis civium libertatis, tum ex his, qui in annum crearentur, consulibus, alterum profus ex plebe deligendi populo jus esset. Hoc statutum ad comprimentam partitiorum & nobilitatis superbiam, cui semper plebs infensa adversabatur: nam generis claritate, majorumque suorum memoria, & famæ gloria sublati animis, veluti specie quadam dominii, jus sibi potestatemque rei totius usurpabant. In fœderibus item id adjectum, ut tribuni plebis exacto suo magistratus anno, mox totidem alios in annum sequentem designarent: quod si prætermississent, illico vivi concrementarent. *Diad. lib. 12.*

Arviragus Britannorum rex (Præfatagum Cornelius Tacitus appellat) moriens, Claudium Cæsarè hæredem, duosque filios scripserat, eo obsequio ratus & regnum & domum suam conservari posse. Cæterum contrarium evenit, Cati Britannia procuratoris impotentia & libidine, ut Voada regina verberibus afficeretur, filia stupro violaretur, potentissimus quoque Britonum bonus exieretur, regique propinquus pro mancipio haberetur. Quibus contumelias affecti Britannii, & metu graviorum, Nerone imperante in Romanos conjuraverunt, Crobredo Voade fratre Scotorum, & Charamoto Picorum regibus in societatem petraçtis. Moravorum quinctiam, Roderico duce, novas sedes quaerentium, armis aucti. Voada regina quinque millia Britannicatum mulierum viris intermixta ad pugnam amavit. Prælio commisso, Catus saucius in Galliam viæ evasit. Periere Romanorum 70. Albanorum 30. milia. Actum erat de Britannia provincia, nisi Paulinus Svevicius legatus cum duobus legionibus, & decem millibus auxiliatorum à Gallia properè advenisset. Pagna iterum commissa, victoria eruenta Romanis cessit. Caesa Albanorum 80. milia, ne mulieribus quidem paritum. Voada sibi ipsi manus intulit, filia armata capta. Crobredus viæ effugit. *H. Boet. lib. 4.*

Avaritia. Vide in præcedentibus, Inimicitia ob Tributorum exactionem. Ambitione, Superbia.

C. Marius consul. I. in Jugurthino bello successit Cecilio Metello, cum nihil aliud superesset, quàm ut vivus Jugurtha in potestatem veniret. Quem cum Bocchus rex Mauritanie, Jugurthæ gener, L. Syllæ, Marii quaestori, qui officiosus per bellum in se fuerat, tradidisset, & Sylla ipse ea de re gloriosus, sigillo uteretur, in quo Bocchus erat Jugurtham ei tradens: denique Bocchus ipse socius populi Romani appellatus, triumphales victorias in Capitolio dedicasset, & iuxta traditi ab se Syllæ Jugurthæ aurea signa: id Marium post sexdum consulatum, quasi hoc decus sibi vendicaret Sylla, furore & ambitione de stato mentis deiecit, molique deiecit illi ea signa insidie pertinaciter Sylla. Et hoc feminatum fuit belli civilis. Ob corporis imbecillitatem cum Marius imperium deposuisset, Sylla verò res præclarè gessisset: eoque sopito, contra Mithridatem Salpurius Trib. pl. Marium consulèlem nominasset: Syllæ exercitus, quem Marius accepisset erat, eam duci suo injuriam illatam agrè ferens, cum Sylla Romam insensibilis signis contendit, & Marium urbe expulsi. *Plut. in Mario.*

Joann. XI. Pontifex Albertico Hetrurie marchione in auxilium accito, Saracenos ab urbis finibus submovit, & in triumphum modum Romam rediens, cum omnia sibi vendicaret, Albertico odium ita in se concitavit, ut ingens seditio Romæ sit orta: qua quidem marchio pulsus Ortam proficiscens, oppido munito & arce, Ungaros præmissis sollicitatos in Italiam vocat; qui certè provinciam ingressi, plus propè calamitatis Italia intulere, quàm olim Saraceni. Pueros enim & virgines abducebant, grandioribus natu necatis: neque ipsi quidem Hetrurcis pepererunt, quos ex fœdere Al-

bertico intactos esse oportebat. Quæ daleidine præter illicè Ungari, frequenter deinceps Italiam repotebant. Romani cum sœvere in hostem præferocem & potentem non possent, Albertico capiunt & obruant. *Platina.*

Crudelitate. Domaphili & Megaclidis uxoris crudelitas erga servos, in Enna Sicilia civitate, bello servili occasione dedit. *Diad. Siculus lib. 34.*

Præta pacem habens à Polonis & Lituaniis, cepit intestino bello pemiciosissimè laborare, circa ann. Sal. 1452. Nam militares terræ cum civitatibus, arbitri se ab ordine Teutonico gravius in diem oppressum iri, initia confederatione adversus ordinem, literis invicem datis, sædus firmavere. Perlasta causa ad Imp. Fridericum III. ordo vicit, irritumque sædus pronunciatum. Ordo ipse literas sibi tradidit poscit, & gravius insurgit in rebelles. Querelæ ad Romanam curiam pervenerunt: ibi quoque superior ordo fuit. Creverunt proinde animi dominis in subditos, quotidie minax, quotidie injuria. Missi Abbates, pedibus Magistris & Commendatorum advoluti, gratiam & quietem postulabant, & per viscera misericordiae Dei, magnum (quod impendere videbatur) malum averti obsecrabant. Respondent illi, non nisi literis exhibitis, & aliis (quas dixerant) conditionibus impletis, pacis spem fore. Ergo Præstis, nihil tale formidantibus Fratribus, uno die multas arces cum oppidis eripuerunt. Sic cepit cruentissimum bellum per multos annos: magna cædes subsecute, vastationes agrorum, everfiones arcium, concremationes oppidorum. Evocavere Fratres multos ad auxilia principes. Præstis vicissim Casimiro regi Poloniae se subiecerunt, ut ab illo ceu legitimo domino protegerentur. Bellum varia fortuna gestum. Ambarum aliquando partium duces cecidere: multi consumpti mortales, multi exules: præsertim rustica plebs, amissis rebus, ipsa per orbem, vastos agros reliquit. *Cran. lib. 12. Vand. cap. 17.*

Baro Dydiatius, Dalmata, ad colloquium de pace cum Tyberio congressus, interrogatusque: Quid ita rebelle Rom. statuisset? Vos, respondit, in culpa estis ipsi, qui ad vestros greges custodiendos, non canes, pastoresque, sed lupos mittitis. *H. Hennings in Genes.*

Judæi obviam militibus Rom. profecti honoris ergò, cum G. salute ducta, ne responso quidem ab iis dignarentur, seditionem movere. *Iosephus.*

Vencotum antiquum cum Solymanno fœdus unius trierarchi temeritas rupit. Solymani classis an. Sal. 1537. oram Italiae, quæ Carolo Cæsari pareat, Barbarossæ duce, crudeliter vastabat. Alexander Contaricus trierarchus, cum circumstantibus Turcicis irremissis casu quodam improvisi occurrisset, nec Turcæ, sicuti ex consuetudine debebant, honoris causa vela demittere, & inanibus bombis peccati animi significationem ostendere vellent: in eis superbiae suæ atque odii violentiam subito convertit, incitatorique remigibus in Turcas rostra direxit, perforataque magno impetu hostiles duas demerit. Ea injuria stimulatus Solymanus, occasionem diu quaesitam belli Venetis intendendi avidè arripuit, & omnem belli molem in Venetos convertit, nec prius pacem illis dedit, quàm Nauplio & Epidaurò multum illi urbibus cesserint, & Peloponneso excesserint. *Sabel. supplem. lib. 21. & 22. ex Iovin.*

Fridericus Baro à Bolanden, Episcop. Spentensis, Rudolpho I. Imp. imprimis charus, cum conjugem ejusdem forma, Isabellam, Spiram venientem, è curru excipiens, sic in ipsius indudus, oculosque esset, in indignationem ejus incurrit. *H. Hennings in Genes.*

Superfitione. Manahemus Judæ Galilæi hæresarchæ F. sub initia bellæ Judaicæ, armamentario Herodis regis ad Massadam perrupto, latrones armavit, & Hierosolymam veniens, seditionis dux factus, præsidium Romanorum interfecit; adjuvante Eleazaro Anania Pontificis F. qui cum alienigenarum munera, & victimas, ipsius etiam Cæsaris, non esse recipiendas persuasisset, fomitem bello Judaico subiecit. *Ioseph. lib. 20. cap. 17.*

Sub Cumano cum azymorum festo cohors Romana super porticum templi custodiæ causa excubaret, Miles quidam reductis vestimentis, nates Judæis ostendit nudas, ad sanctuarium inspicere, vociferans. Ea obsecratæ moti Judæi, cum faxis milites incesserent, in fugam ab iisdem acti, loco angusto fugientes, ex pressura & cæde ad 10. milia petiere. *Ioseph. lib. 20. c. 11.*

A Duo juvenes Acamanes iuitorum ignari Cereris factorem imprudenter Athenis ingressi, quia initiati non essent, tanquam scelus ab his inexpiabile fuisset perpetratum, Antistitis iussu interfecti sunt. Qua injuria Acamanes adacti, auxiliari manu à Philippo accepta, Attici agrum primò populantur. Inde animis ad bellum irritatis, Macedo in Acamanum gratiam arma adversus Athenienses induit. Athenienses Attali regis & Roman. opem implorant. Et sic bello Macedonico primo à Rom. gesto occasio data. *Sab. lib. 6. Enn. 5.*

Cum Cæsarea quidam instinctu Cæsariensium vas famium, die Sabbatho, ex adverso synagoga Judæorum constitisset, & aliter in eo immolasset: Judæi synagogam pollutam esse dicentes, seditionem excitant. Quam Jucundus Tribunus à Floro Judææ præfide in præsidio relictus vix compefcuit. Cum autem Florus in violatores synagoga animadvertere nollit, & rapinis simul atque caedibus Judæos ad defectionem incitaret (nimirum, ut bello exorto, suis sceleribus nubem obduceret, neve apud Nerone Imperatore accusaretur) bellum Judaicum cepit, quod & urbem & gentem Judæorum in perpetuum affixit. *Ioseph. lib. 2. cap. 10.*

B Anastasius Imp. à Severo, cæterisque Eutychnianis corruptus, Macedonium Constantinopolitanum Episcopum, Chalcedonense Concilium prælexantem, in exilium misit: atque ei Timotheum cum Severo Acephalorum principe sententiam suscitavit, Platonem Logothetam, & Præfectum urbis, iussu suggestum concendere, ac coram populo, hymno Sanctus, Sanct. Sanct. addenda verba ista mandare, Qui crucifixus est propter nos. Sic enim Severus docuerat, cum Christus divina tantum natura esset præditus, omnino fieri, ut Deus pro hominibus esset passus. Quibus verbis auditis, populus Constantinopolitanus sic offensus est, ut, seditione concitata, sedâ in Anastasium convitia jecerit, aliumque Imperatorem substituendum edito clamore subiecit: neque eo contentus, monachum quandam infulam, imprimis Anastasio charum, necavit, ac, capite eius hæc præfixo, vociferari cepit: Hic est amicus hosti S. Trinitatis; & monachum item infulam, quam ille magnificabat, jugulavit, & cadaver utrumque rapatum cremavit. *Sign. lib. 16. Imp. occid.*

C Raimundus Berengarius Barcinonæ comes nonus, Majoricam insulam de Mauris receptam, Genuesium & Pisano- rum sociorum fidei commiserat, eosque & armorum suorum parte decotarat, ut S. Georgii signis & armis, quæ Barcinonæ Comitatus erant, uterentur. Genueses autem post Comitatus discessum, Mauris auri magnum pondus offerentibus civitatem & insulam restituerunt. Eo facinore indignatus, omnibus sui principatus populis & equitibus præcepit, ut ne cum Genuesibus unquam pacem haberent, sed odia semper & inimicitias perpetuas exercebant. *Marineus lib. 8. rerum Hisp.*

Anatolius magnus præfectus prætorio, causam præbuit publicæ calamitatis Antiochiæ. In amicitiam enim Gregorii ejus loci Episcopi sese insinuavit, eoque aliquandiu usus est familiariter. Comprehenfus cum locis, execranda fecera arte magica perpetrata confessus est. Cum autem pecunia præfectum Orientis corrupisset, & jam admittendus esset: populus per delationes quorundam, quasi Gregorius Episcopus in sacrificiis Anatolio communicasset, inflammatus, seditionem movit. Ad imperatorem Tiberium Constantinopolim res delata, lætæque sententia de exilio multandus, qui Anatolio addicti fuissent. Ea cum Antiochiæ promulgata esset, populus denudò tumultu concitato maleficos illos ad exilium damnatos, navi impositos vivos exussit, Imperatorem tanquam proditorem accusavit, Eutychem & alios ab Imperatore delegatos interfecturus, nisi elapsi essent. Anatolius bestis in amphitheatro objectus, & corpore dissecto cruci affixus, à lupis devoratus est. *Evagrius lib. 5. cap. 18.*

D Frequentium illarum seditionum, quæ contra Ilaacium Angelum Imper. concitabantur, causa erat, tum quod Ilaacius imperium seipiter administrabat, planè persuasus, se id & accepisse divinitus, & à solo Deo custodiri: tum quod homines ambitiosi videbant, quanta facilitate rerum potitus essent. Unde plerique infano consilio, modò vellent, se imperium citra dimicationem armorum occupaturos putabant, eam ingressi viam, quam suo exemplo demonstrarat Ilaacius: qui cum pridie occiso Hagiochristophorita Stephano, supplex in templum confugeret, posttidie regnare cœpisset: per-

verso utique judicio, propter eaque adverso eventu. Non enim purpuram, sed duplicem ignominiam consequentur, aliqui etiam occiderantur. *Nicas. lib. 2.*

OCCASIONES CONSIDERATÆ respectu Efficientis.
OFFENSI ab inimico per Ignominiam verbis fastidie illant.

Cambyfes Persarum rex, cum Amasis Ægyptiorum regis filiam in matrimonio petisset, & Amasis Niterim Apris filiam pro sua ei misisset, bellum Ægypto intulit. *Herod. l. 1.* Lacedæmonii bello Iliotarum fervorum & Messeniorum pressi, Atheniensium auxilia impetrarant. Mox suspitione percussis, ne Athenienses transirent eo bello per proditorem ad Messenios, eos à sociis ejus belli armis dimittunt, asserentes, sibi reliquorum sociorum copias ad incumbens periculum propullandum satis fore. Athenienses dimissi, sese ignominiosè contemptos rati, rati tum quidem abire. Post verò gravi in Lacedæmonios indignatione concepta, abalienatis jam palam animis, magis ac magis indies odio atque ira accendi. Ita hinc inimicitiarum atque discordiæ exorta origo, post adeo paulatim coaruit, ut ipsas etiam civitates ad extrema odia & pericula excitaret, quæ bella post inter se gravissima concitantes, univertam penè Græciam magnis ac variis calamitatibus afflictavere. *Diad. lib. 11.*

Cumanus sub Claudio Cæsare Judææ præfexus, solemnibus Paschatis diebus Hierosolymis aliquot Romanorum militum cohortes ad templum præfidi gratia locavit, quibus cum miles unus populo pubbanda offendisset, Judæi arbitrati id in Judaicæ gentis contumeliam factum, adeo in milites exarserunt, ut cum saxis fustibusque adversus milites res gesserunt, contra autem armis se milites defenderunt. Judæorum circiter viginti millia desiderata fuerunt. *Ioseph. lib. 20. cap. 4. Antiq.*

L. Antonius Saturninus. *¶ Vide Tit. de Nominum Impositione, §. Nomina facta.*

Selavi provincie Francorum Transithenans finitimi, amicitiam cum Dagoberto junxerant: reliqui infelissimi prædam ex sociis Francorum agebant: itineraque Francis mercatoribus ea parte partim clausa, partim infesta erant. Missus Francorum facialis ad Samonem gentis regem, cum à proceribus eadem non admittetur, semperque differretur: deposito cultu Francico, sumptuose Slavico, in G. anno ex illis procedentem in publicum Samonem adiit. Tunc aperiens se quisnam esset, frenetique fræ legationis, serociter res repetit. Cumque rex diceret à Francis injuriam ortam, se in posterum paratum esse cum Dagoberto fœdus ferre, respondit: Fœdus cum canibus idem, fœdum esse non posse. Id contumeliosum dictum tota gens altissime in pedes demisit. Illa à faciali dimissa, atrocissimum ortum bellum. *Æmil. lib. 1.*

Velut ex composito diversis regionibus Saraceni eadem verbi contumelia læcessiti, implacitiores hostes religionis nostræ effecti saviere. Ea quatuor millia Saracenorum, quæ obsidum nomine Heraclius abduxerat, militarem vestem ex Justiniani (quæ adhuc erat) sanctione poscebant. Eunuchus corruptissimo sæculo fisci præfectus. Quid, inquit, reliquum est Romano militi, quod dari canibus his possit? Eam effeminatam hominis petulantiam tum indignè tulere ipsi viri, armatique, ut domum agmine fe supripientes, conjunctis suis quique sibi populatibus, Arabiaque omni ac finitimus gentibus concitatis, jura divina humanaque miscuerunt. Propinquas Romani Imperii urbes, Ægyptumque cepere: Perlasnuper à Romanis Hetracoloque devictis, & cladihus fessos, ipsi integri ferocesque prælio superavere, cogereque & ipsos Saracenos vocitati, ac Mahumetis fœdam profiteri, Syriamque totam situram partiam fecerunt: simul audita est, & pietatem magna ex parte oppressit illa procella. *Æmil. lib. 1.*

Sub annum Christi 1458. Constantiæ panegyris balistationum indicta fuerat, & præmissis eo invitati vicini, qui balista certarent. Convenerant etiam Helvetii, tum temporis propter jugum Austracorum excussum in magna admiratione & invidia. Lucernensis quidam Constantiensis hospiti latifactorus, inter cætera numismata assem quoque Bemensem protulit, quem ille petulantem Vaccinum assem. *En. Rubla-part.* appellans, ut admitteret eum & malè ominosum respuit, hominumque non ardentiorum nimis inter homines utendum cavillatus est. Lucernenses à sui civis ignominia moti, Helvetios ex fœdere ad arma vocant contra Constantenses. Sed Henrici Episc. & Alberti Baronis à Saxo opera pax est facta. *Stumpfius lib. 5. Helvetia cap. 25.*

A *¶ Vide Tit. Tyrannidarum.* Quatenus inimicitia, atque bella ad excitandum tyrannidum jugum suscipiuntur.

INIMICITIA MAGISTRI, INCENTORES, AUCTORES, FACTORES. Corycensium & Corinthiorum discordia, Græciam ad Peloponnesiacum bellum armavit. Sed ut una hæc interfestio illius discordiæ fuit causa, ita non sola. Enimverò amulatio primò, mox odium Lacedæmonios & Athenienses in perpetuum traxit certamen, ita ut Græcia non prius quiescere potuerit, quam alterius populi, quod postremò accidit, opes interierint. Refederat quandoque bellum induciatur, fœderumque prætextu, cæterum odia mutati nequiverunt. Causa, quam Thucydides celebrat, hæc traditur. Est Epidamnus urbs in ora Macedoniæ sita. Epidamnienses domesticis seditionibus agitati, post multas & varias clades, principes civitates à plebe ejecti, ad Barbaros confugerunt. Quorum opibus freti, terra, marique Epidamniis graviter infestantur. Qui in urbe erant, ad Corycenses mittunt, orantes, ut adversus Barbaros & exules ferrent sibi opem. A quibus quom nihil impetrare potuissent, Delphici oraculi monitu Corinthum, unde iussu fuerant sibi decem & subsidium querere, legatos mittunt. Corinthii ultionem polliciti, Corycensibus, licet colonis suis, aramen debitorum honores partem & metropoli Corintho non reddentibus, bellum indicunt. Victi navali prælio ingenti, novam classem & Græciæ auxilia comparant. Corycenses per legatos cum Atheniensibus inire, ut utriusque alterius auxilio essent, si hostium classis Athenas, aut Corcyram admoveretur, neutri aloqui tenerentur ad bellum cuiuspiam inferendum prestare subsidia. Victi iterum Corinthii, domum redire, & universam Græciam, in primis verò Lacedæmonios contra Athenienses concitare, cum defectionem primi Potideatæ, qui Isthmum Pallones incolat, ad Atheniensibus fecissent. Miserunt inde Delphos Lacedæmonii, qui de futuri belli eventu sollicitarent. Responsum est, penes eos demum victoriam futuram, qui pro viribus bellasset, se quidem vocatum & invocatum auxilio astuturum. Per 27. ann. variis cladibus Græcia tota affecta, fortuna varia pugnatum tandem ad Ægos Thraciæ fl. victa Atheniensium classe, Lyfander Athenas cepit, 30. tyrannos illis imposuit, muros C. dejecit. At tum demum Athenenses maris imperio cesserunt anno, ex quo reverteri fuerant potiti, *68. Sab. l. 9. En. 3. ex Dionys. Halicarnassico & Diad.*

B An. Christi 1494. Carol. VIII. Rex Galliæ bellum in Aragonios suscepit, à Ludovico Sfortia evocatum. Quæ res secum calamitatum inundamentum horribiliumque eventuum, atque omnium penè mutationum seminarium in Italiam importavit. Nam ab ejus adventu non modò statuum mutationes, everfiones regnorum, regionum vastationes, utrumque excidia, cædes crudelissimæ, verumetiam infulata nova velimentorum genera, mores inauditi, novi & cruenti belligerandi modi, morbi ad eam diem incogniti, originem duxerunt: quietique & concordie in Italia instrumenta adeo turbata sunt, ut quod in ordinem iterum restitui non possent, externæ gentes, barbarorumque acies eam conculcandi vastandique habuerint facultatem. *Guicciard. l. 1.*

Omnium mortalium optime callebat Ludovicus XI. rex Gall. artem dirimendi societates, atque fœdera: in eoque non parcebat ulli vel sumptui vel labori, modò perficeret, quod vellet. Neque verò principes tantum, verum etiam familiares ipsorum sollicitabat. *Ph. Comin. 2. Com.*

Hieronymus Savonarola è D. Dominici ordine, literis & admirabili præsertim eloquentia insignis, in sacris concionibus & in privatis colloquiis ita multitudinis Florentiæ animos opinione virtutis cepit, ut illum rerum omnium, quæ imminabant, verum vitam, divinumque depravatam moribus censorem celo missum crederent. Crevitque ei tanto assensu auctoritas, ut nihil privatis in domibus, nihil in senatu sine ejus viri consilio, post ejectos Mediceos, rectè geriposse videtur. Is Mediceo nomini maxime erat infestus, oppugnabatque eum Republicæ statum, quem paucorum potentium, ut prædicabat, vis & libido regere posset: ob id civitatem in partes tam planè diduxerat, ita ut à gravibus sanique civibus non inopè repanderetur, quod à religione divinarumque rerum contemplatione, ambitiosi us quam sacratum verum deceret, ad munia regendæ Reipub. transivisset. Propterea fiebat, ut in turbidis rebus & variis civium diffensionibus plerofque Medici facile reperirent, qui damnata præfenti Reipub. aliam multò honestiorem cogitatione requirerent, in qua nobilitas, rerumque peritia

& probata virtus conspicuo in loco, nequaquam concilii Imperitorum, atque infirmorum hominum polluta spectaretur. *Tov. in Leo X. l. 1.*

Si de conciliis arcanis fas esset, ulli homini pronunciare: dicerem, Galliæ Conestabilem Sancto-pauli Comitem excitate itam Dei adversum se, hæc una re potissimum, quod per omnem vitam mente & animo totus in hoc ferret, ut perpetuum bellum aleret. Nam in eo positam esse curabat lue dignitatis materiam, ac veluti legem. Neque verò difficile ei erat istud perficere. Tota enim natura & moribus & ingenio tum Principes Gallias & Burgundus inter fe diffidebant. Vixigitur credendum est, fortunam aliquam eò dementiæ adduxisse virum longè prudentissimum, ut eos Principes adversum se concitaret, quorum fuerat per omnem vitam in rebus omnibus contraria & diversa voluntas: qui nullam rem unquam simul ex animo comprobant, nisi hanc in illius caput factam conjurationem. Mito Eduardum quinsepem ejus habebat in matrimonio, qui sua conjugis propinquos omnes, ac imprimis Sancto-paulianum familiam valde amabat. Sed ne hunc quidem amicum habere potuit. In eas itaque tandem redactus fuit angustias, ut ex amicitia nemo per noctem unam auderet eum hospitio recipere. Consimiles exitus multi sæpè sunt experti, & experientur alii post longam & diuturnam prosperitatem. *Philipp. Comin. 6. Comment.*

INIMICITIA STAAKH. HUC PERTINET INIMICITIA SERVATA TUM OCCULTA, ODIVM ISEM, TUM Publicum.

Terræ Palestiniæ incolas, Amorrhæos, Hethæos, Phereæzos, Chananzos, Hevæos, Jebuzos, Ammonitas & Moabitas, æternos hostes Israelitarum esse iussit Dominus, eosque exterminari & aboliri præcepit, neque cum iis eorumve diis fœdus ullum percutiendum, aut conversationem habendam: ne pravis illorum moribus Israelitæ corrumperentur. *Exod. 23.*

Cum Amalech Israelitas per desertum proficiscentes ferro aggressus esset ad Raphidimum, & victus esset, præcepit Dominus, ut hoc ipsum literarum monumentis consecraretur, eoque in loco aram extruxit Moyses, ut omnes scirent, bellum Israelitis cum Amalechitis susceptum esse æternum. *Exod. 17.*

G Summo semper odio finitimæ Gentes Judæos sunt infestata, memoria repetentes, quanta ab illis mala ex Ægypto ductu Moysis & Josue perpesti essent. Eapropter cum sub Cyro Zorobabel cum suis ex Babylonica captivitate redisset finitimi omni ratione templi extructionem impedire constabant: nec minus murorum instaurationem sub Dario rege à Nehemia factam: item reparationem & urbis & templi à Juda Machabæo instauratam, triennio postquam Antiochus Epiphanes templum, occupata & incensa urbe, profanata. *Vide lib. Esdræ, Nehemias, Machabæorum.* Infelissimi autem Judæi erant Samaritani, simulatione religionis exacerbat, cum templum Garizim montis Hierosolymitano anteferte non dubitarent, uti *Ioseph. l. 11. Antiq. testatur.*

Cum Androgeus Minois F. in Attica dolo diceretur peremptus, Minoa multas clades bello intulisset incolis, ac deos regionem fœdasse ajunt: sterilitatem enim & morbum passim incubuisse, ac flumina exaruisse. Fœdus igitur missis legatis cum Minoe fecerunt, ut tributum novem annis mitterent septenos impuberes adolefcetes, totidemque virgines, ut secundum Aristotelem, mercenariam vitam agentes, in Creta consenserent. Unde perpetuò ad Atheniensibus malè audit Minos, & in theatris publicè proficissus est: neque ei vel Hesiodus profuit, summum regem, vel Homerus, Jovis appellans discipulum, quin eum ut truce & ferum, magna ex pulspio & scena macula aperferint. *Plut. in Theseo.*

Privatum.
Iisdem tutoribus uti sunt Themistocles, & Aristides, Lyfimachi filius. Quare simul etiam sunt educati, & ab eodem præceptore instituti. Atque cum aduic essent pueri, frequentibus dissidiis inter fe concertarunt: quæ controversia à primis annis usque ad extremam senectutem inter illos perseveravit. *Ælian. de var. hist. l. 13.*

Fuit perpetuò infestus Magno Sfortia Sargianus Caraciciolus, qui à regina Neapolitanorum Joanna Ladisla. Iorore in deliciis habitus, ad id gratiæ potentique fastigium pervenerat, ut Alfonso regi Aragonie in filium adoptato, auctoritate ac opibus æquaretur. Hunc à rege captum, qui